

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

## **M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Primum

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiis, 1583**

In M Tvllii Ciceronis Tvscvlararvm Dispvlationvm Ad M Brvtvm Librvm III.  
De Aegritvdine Lenienda, Commentarius Aldi Mannuccij.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770549](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770549)



IN

M. TVLLII. CICERONIS  
TVSCVLANARVM

DISPVATIONVM

AD. M. BRVTVM

LIBRVM: III.

DE AEGRITVDINE LENIENDA,

Commentarius Aldi Mannuccij.



ARGVMENTVM



*TVSCVLANA* tertia animi aegritudinem, quam <sup>ἀνία</sup>  
Graeci uocant, in sapientem cadere negat; sed eius af-  
fectus, utiliter homini a natura datos, recta ratione  
(quae uera est medela philosophorum) dirigendos, &  
leniendos praecipit.

EXPLANATIO

CICERO



**Q**UIDNAM esse, Brute, caus-  
sae putem, cur, cum cōstemus  
ex animo, & corpore, corporis  
curandi, tuendiq. causa quae-  
sita sit ars, atque eius utilitas  
deorum immortalium inuen-  
tioni consecrata; animi autem  
medicina neq. tam desiderata

fit antequam inuenta, nec tam culta postea quam cog-  
nita est, nec tam multis grata, & probata, pluribus etiam  
suspecta, & inuisa? an quod corporis grauitatem, &  
dolorem animo indicamus, animi morbum corpore non  
sentimus? ita fit, ut animus de se ipse tum indicet,  
cum id ipsum, quo iudicat, aegrotet. quod si tales nos na-  
tura genuisset, ut eam ipsam intueri, & perspicere, ea-  
demq. optima duce cursum uitae conficere possimus:

haud erat sane, quod quisquam rationem, ac doctrinam  
requireret. nunc paruulos nobis dedit igniculos; quos  
celeriter, malis moribus, opinionibusq. deprauatis, sic  
restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat. sunt  
enim ingenijs nostris semina innata uirtutum: quae si  
adolescere liceret, ipsa nos ad beatam uitam natura per-  
duceret. nunc autem, simul atque editi in lucem, & su-  
scēpti sumus, in omni continuo prauitate, & in sum-  
ma opinionum peruersitate uersamur: ut paene: cum  
lacte nutricis errorem suxisse uideamur. cum uero pa-  
rentibus redditi, id est magistris traditi sumus; tum  
ita uarijs imbuimur erroribus, ut uanitati ueritas, &  
opinionum confirmatae natura ipsa cedat. accedunt etiam  
poetae: qui cum magnam speciem doctrinae, sapientiae.  
que praestulerunt, audiuntur, leguntur, ediscuntur, &  
inbaerescunt penitus in mentibus.

EXPLANATIO



**D**EORVM immortalium inuentioni consecrata; & Apollini namque Deo medicinae in-  
uentum adscriptae antiquitas: & ob eandem scientiam filium eius Aesculapium in  
deorum numerum recepit. Auctores sunt Ouidius, Virgilius, Plinius, & Celsus. ANI-  
MI autem medicina; nimirum Philosophia: ut inferius Cicero: quam etiam Plato, &  
Galenus dixerunt, animi conseruatricem. PLVRIBVS etiam; plebeculae scilicet im-  
peritae. QVOD si tales; colligit causas, cur, ut optimam naturam sequamur, externis  
opus sit auxilijs. PARVVLVS igniculos; Ita Seneca epist. lib. xxiv. Semina nobis scientiae natura de-  
dit. NATVRAE lumen; ingenitum iudicium ueritatis. SIMVL atque; postquam. IN summa opinionum  
peruersitate; Hinc uere dicebant Stoici, Sapientem nihil opinari. CVM lacte nutricis; a primis annis  
puerinae.

MVTICICERO

**C**V M nero accedit eodem, quasi maximus quidam  
magister, populus, atque omnis uidique ad uicia  
consentiens multitudo; tum plane inficimur opinionum  
prauitate, a naturaq. ipsa desiscimus: ut nobis opti-  
mam naturam inuidisse uideantur, qui nihil melius ho-  
mini, nihil magis expehendum, nihil praestantius ho-  
noribus, imperijs, populari gloria iudicauerunt: ad  
quam fertur optimus quisque; ueramq. illam honesta-  
tem expetens, quam unam natura maxime inquirat, in  
summa inanitate uersatur; consecraturq. nullam emi-  
nentem effigiem uirtutis, sed adumbratam imaginem  
gloriae. est enim gloria, solida quaedam res, & ex-  
pressa, non adumbrata. ea est consentiens laus bono-

rum, incorrupta uox bene iudicantium de excellenti  
uirtute. ea uirtuti resonat tamquam imago gloriae.  
quae quia recte factorum plerumque comes est, non est  
a bonis uiris repudianda. Illa autem, quae se eius imi-  
tatricem esse uult, temeraria, atque inconsiderata, &  
plerumque peccatorum, uitiorumq. laudatrix, fama po-  
pularis, simulatione honestatis formam eius, pulcra-  
tudinemq. corrumpit. qua caecitate homines, cum quae-  
dam praecleara etiam cuperent, eaq. nescirent nec ubi,  
nec qualia essent, funditus alij euerterunt suas ciuita-  
tes, alij ipsi occiderunt. Atque hi quidem optima pe-  
tentes, non tam uoluntate, quam cursus errore sal-  
luntur.

EXPLANATIO

**M**AXIMVS quidam magister, populus, facile enim errantis populi praescripta sequimur; adaman-  
tes quae uera non sunt bona, sed adumbrata. INFICIMVR; polluimur opinionibus tamquam  
inuelibilibus maculis. EST enim gloria; definit ueram gloriam, eleganterq. distinguit a falsa. EA  
uirtuti resonat tamquam imago gloriae; Sensus est: Consentiens laus bonorum, & incorrupta uox bene  
iudicantium de eccellente uirtute, est tamquam imago, simulacrum, effigies gloriae uerae, quae in  
uirtute consistit. Est igitur exemplari suo imago ipsa quasi Echo, quae proprie non est uox, sed uocis  
imago refonans. Hinc Horatius,

Quem

Quem deum cuius recinet iocosa nomen imago?  
Valer. Flac. in Argonaut.

—Rursus Hylam per longa reclamatione

Auia: responsant siluae: & uaga certat imago.

Quia caecitate & ignorantia decepti: dum uanam gloriam pro uera captant. EVERTERUNT suas ciuitates, & In hanc sententiam Iuuenalis,

Patriam tamen obruit olim

Gloria paucorum, & laudis, tituli que cupido.

CICERO

Quid? qui pecuniae cupiditate, qui uoluptatum libidine feruntur: quorum ita perturbatur animi, ut non multum absint ab insania: quod insipientibus omnibus contingit: his nulla ne est adhibenda curatio? utrum, quod minus noceant animi aegrotationes, quam corporis; an, quod corpora curari possint, animorum nulla medicina sit? at & morbi perniciosiores, pluresque sunt animi, quam corporis; hi enim ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinet, eumque sollicitant; animusque aeger, ut ait Ennius, semper errat, neque pati, neque perpeti potest, cupere numquam desinit, quibus duobus morbis, (ut omitam alios) aegritudine, & cupiditate qui tandem possunt in corpore esse grauiore? Qui uero probat potest, ut sibi mederi animus non possit; cum ipse medicinam corporis animus inuenerit; cumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora, & natura ualeant; nec omnes, qui se curari passim sunt,

continuo etiam conualescant; animi autem, qui se sanari uoluerint, praecipitque sapientium paruerint, sine ulla dubitatione sanentur? est profecto animi medicina, philosophia; cuius auxilium non, ut in corporis morbis, petendum est foris; omnibusque opibus, uiribusque ut nosmetipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. Quamquam de uniuersa philosophia, quantum ex petenda, & colenda esset, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio de maximis autem rebus nihil fere intermissimus postea nec disputare, nec scribere. his autem libris exposita sunt ea, quae a noaie cum familiaribus nostris in Tusculano erant disputata. sed, quoniam duobus superioribus de morte, & de dolore dictum est; tertius dies disputationis hoc tertium uolumen efficiet. ut enim in Academiam nostram descendimus, inclinatio iam in post meridianum tempus die; poposci eorum aliquem, qui aderant, causam differendi. tum res acta sic est.

EXPLANATIO

His nulla ne est adhibenda curatio? & tamquam scilicet aegrotantibus. Qui uero? quomodo uero. ANIMVS inuenerit; & uerisimile est animum sui ipsius medicinam inuenire potuisse, qui corporis medicinam inuenit. id quod per philosophiam fieri posse subiungit. CONTINVO? statim. PETENDVM est foris; & a medico, & medicamentis, quae extra hominem aegrotantem sunt. IN HORTENSIO. & Ciceronis est liber Hortensius, ex cuius lectione D. August. adhuc adulescentulus ardenti studio in flammatus est ad capessendam philosophiam. DE MAXIMIS AUTEM REBUS? ad philosophiam pertinentibus, de quibus egit in Academicis quaestionibus, de Finib. de na. deo. &c. IN ACADEMIAM nostram descendimus, & a nomine scholae Platonicae gymnasium sibi Cic. Tusculani instaurauerat, alterumque a nomine scholae Aristotelicae, de quo in l. de diuinat. Nuper, cum essem cum Quinto fratre in Tusculano, disputatum est. nam, cum ambulandi causa in Lycaetum uenissemus, &c. Ceterum Academiam in inferiore parte Tusculani erexit conflat, in quam ipse nunc descendisse scribit. paenultima uero producta enunciarum, docet idem Cicero hoc uersu: Inque Academia umbrifera, nitidoque Lycaeo. quamquam Claudianus cecinit, In Latium spretis Academia migrat Athenis, & Sidonius Apollinaris, Obruet & quamquam totis Academia sectis.

CICERO

A. Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo. M. Num reliquae quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiae? haec enim fere sunt eiusmodi: quae Graeci πᾶν appellant: ego poteram morbos: & id uerbum esset e uerbo: sed in consuetudinem nostram non caderet. nam misereri, inuidere, gestire, laetari, haec omnia morbos Graeci appellant; motus animi rationi non obtemperantes: nos autem hos eosdem motus concitati animi recte, ut opinor, perturbationes dixerimus, morbos autem non satis usitate. nisi quid aliud tibi uidetur. A. Mihi uero isto modo.

M. Haecine igitur cadere in sapientem putas? A. Prorsus existimo. M. Nae ista gloriosa sapientia non magno aestimanda est, siquidem non multum differt ab insania. A. Quid? tibi omnis ne animi commotio uidetur insania? M. Non mihi quidem soli: sed, id, quod admirari saepe soleo, maioribus quoque nostris hoc ita uisum intelligo multis saeculis ante Socratem; a quo haec omnis, quae est de uita, & moribus, philosophia manauit. A. Quoniam tandem modo? M. Quia nomen insanitiae significat mentis aegrotationem, & morbum, id est insanitatem, & aegritudinem animi, quam appellarunt



larunt insaniam. omnes autem perturbationes animi, morbos philosophi appellant, negantq. stultum quemquam his morbis uacare. qui autem in morbo sunt, sani non sunt: & omnium insipientium animi in morbo sunt; omnes insipientes igitur insaniunt. sanitatem enim animorum, positam in tranquillitate quadam, constan-

tiatq. censebant. his rebus mentem uacuum appellarunt insaniam; propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit. Nec minus illud acute, quod animi affectionem, lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemq. dementiam.

## EXPLANATIO

**V**IDETVR mihi ꝛ propositum disputationis. Haec enim est quaestio Vtrum cadat in sapientem aegritudo? Aegritudo a Cicero dicitur, quam alij tristitiam appellant, & Graeci *λύπη*. **IRACUNDIAE** ꝛ cum & hoc, & sequenti libro perturbationes quattuor ostendantur, *λύπη, φόβος, ἐπιθυμία, ἰδίων*, propterea uerbum, Iracundiae, recte Patricio non placet. Ego poteram morbos: ꝛ Eadem fere ad uerbum lib. 3. de Fin. Et id uerbum esset e uerbo: ꝛ De uerbo Graeco *παθήν*. **HAEC TAME** ꝛ Haec sunt, scilicet perturbationes. quod uerbum quaesitum est in lingua Latina aptius ad significandum animi affectiones uit ofae. **VIDETVR insania** ꝛ Paradoxon Stoicorum est. *παῖτες οἰμῶροι μάλλονταί*, id est, omnes stulti insaniunt, id quod etiam in Paradoxo fufius explicat. **QVI autem** ꝛ Nunc colligit Cicero insipientes insanire.

## CICERO

**E**X quo intelligendum est, eos, qui haec rebus nomina posuerunt, sensisse hoc idem, quod a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes insipientes esse non sanos. qui enim animus est in aliquo morbo, (morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant) non magis est sanus, quam id corpus, quod in morbo est. ita fit, ut sapientia sanitas sic animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam, quae est insania, eademq. dementia: multoq. melius haec notata sunt uerbis Latinis, quam Graecis. quod alijs quoque multis locis reperietur. sed id alias: nunc, quod instat. Totum igitur id, quod quaerimus, quid, & quale sit, uerbi uis ipsa declarat. eos enim sanos intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit. qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. itaque nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum exisse e potestate dicimus eos,

qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia, quam ipsa iracundia libidinis est pars. sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. qui igitur exisse e potestate dicuntur, iccirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. Graeci autem *μᾶται* unde appellant, non facile dixerim. eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quam illi: hanc enim insaniam, quae iuncta stultitiae patet latius, a furore distinguimus. Graeci uolunt illi quidem, sed parum ualent uerbo: quem nos furorem, *μελαγχολία* illi uocant: quasi uero atra bili solum mens, ac non saepe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. quo genere *Athamantem*, *Alcmaeonem*, *Aiacem*, *Orestem* furere dicimus. qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum, uentant duodecim tabulae. itaque non est scriptum, si insanus, sed si furiosus esse incipit.

## EXPLANATIO

**Q**UOD a Socrate ꝛ apud Platonem, in Alcibiade. 2. **IN aliquo morbo**, ꝛ in perturbatione, quae animorum est morbus. **QVAM** Graecis *μωρός* Graece dicitur stultus, *ἀπρον* insipiens, *μᾶται* insania, furia, *μανικός* insanus furiosus. *μανικός* insanus. *μᾶται* *μαί* insanio, quae uoces furorem significant, at Latinis, insipientia, insanitas, dementia, congrue magis, & concinne, priuationem animi, & sanitatis designant. **UOLUNT illi quidem**, ꝛ scilicet distinguere insaniam a furore. *μελαγχολία* atram bilem, seu nigram choleram sonat hoc uerbum, cui humori uehementioris animorum concitationis causam adscribit Aristoteles in Probl. **QVO genere Athamantem**, ꝛ Recenset quattuor, qui atra bili laborarunt Vulgata est fabula de Athamante, cui Iuno talem furorem immisit, ut filios uellet occidere. quare eum iam unum ex filiis extinxisset, uxor Ino id conspiciens cum altero filio se praecipitem dedit, quae in marinam dea conuersa, uocatur Mater Matuta a Latinis, Leucothea a Graecis. **ALCMAEONEM**, ꝛ Alcmaeonem Amphiarai filium, quo duce ab Epigonis dirutae sunt Thebae, satis claret furore agitatam fuisse ob matricidium. Meminit Statius, Seneca, & alii. **AIACEM** ꝛ ex indignatione, quod in iudicio de Achillis armis inferior Vlixae habitus esset, furore correptus legitur, & denique mortem sibi consciuisse. De hoc exstat tragoedia Sophoclis, meminit & Ouidius Metemorph. xiiij. **ORESTEM**, ꝛ furis agitatam ob matricidium. Lege Senecae, & Euripidis Orestem. **QVI ita sit affectus** ꝛ tali uacania, & furore correptus. **SED si furiosus** ꝛ Lex xij. Tabularum & lib. 2. de Inuent. & lib. 1. ad Herennium, Si furiosus existit: agnatum, gentiliumque in eo, pecuniaeque eius potestas esto,

C I C E R O

**I**NSANIAM enim censuerunt, id est inconstantiam sanitate uacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitae communem cultum, atque usitatum: furorem autem esse rari sunt mentis ad omnia caecitatem. quod cum maius esse uideatur, quam insania; tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Sed haec alia quaestio est: nos ad propositum reuertamur. Cadere, opinor, in sapientem aegritudinem, tibi dixisti uideri. A. Et uero ita existimo. M. Humanum id quidem, quod ita existimas.

non enim siliice nati sumus: sed est naturale in animis tenerum quiddam, atque molle, quod aegritudine, quasi tempestate, quatiatur. nec absurde Crantor ille, qui in nostra Academia uel in primis fuit nobilis. Minime, inquit, assentior ijs, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant: quae nec potest ulla esse, nec debet. ne aegrotus sim, inquit: sed, si fuerim, sensus adsit, siue secetur quid, siue auellatur a corpore. nam istuc, nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immunitatis in animo, stuporis in corpore.

E X P L A N A T I O

**I**NSANIAM enim censuerunt, 3 Insaniam, recepi, adductus Nonij testimonio; Stultitiam, repudiaui; quod uerbum omnes libros occuauerat, repugnante sententia: cum hic non stultitia, sed infania cum furore comparatur. Haec Paullus pater, **MEDIOCRITATEM officiorum** 3 quae scilicet secundum naturam sunt, & citra laudem, & uituperium sumi, aut reijci possunt, ut coniugium, familiaritas, conuictus. Et uero ita existimo. 3 Qui proprietatem Latinae linguae callent, ij, non dubito, quin magis probent, Et uero, quam, quod erat antea, Ego uero, quod ipsum, ut alia multa, acceptum refero Sigonij nostri antiquo libro: cum quo alium consentire librum scripsit ad me aliquanto post idem Germanus monachus supra nominatus. Est autem, Vero, pro Sane, ut in libro de claris oratoribus: Sed in orationes nobis ueteres explicabis? Vero, inquam, Brute. Et lib. 1. de Diuin. Vero, mea puella, tibi concedo meas sedes. Et lib. 3. de Legibus. Haec Paullus pater. **SILICE nati** 3 Prouerbialis est haec formula, quam statim explicat, subiungens, Sed est naturale &c. respicit etiam Stoicorum ἀπαθείαν, quae homines saecos plane stupentes, & ab hominis natura penitus deficiences requirit. **CRANTOR** 3 hic una cum Polemone audiuit Xenocratem Platonis discipulum, & librum de Consolatione scripsit, ut supra diximus. **NESCIO quam indolentiam** 3 Ciceronis uocabulum est indolentia, si credimus Sidonio Apolinari, exprimens Stoicorum ἀπαθείαν contra quam elegans est disputatio apud Gellium lib. xix. cap. 12. **NAM istuc, nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immunitatis in animo, stuporis in corpore.** 3 Haec uerba Crantoris, a Cicerone conuersa, recitantur a Plutarcho ἐν τῷ παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον: τὸ γὰρ, inquit, ἀλόγων τῶν τοῦ οὐκ ἄγε μὲν ἄλλων ἐγγίγειν αἰμιὰν ἢ τῶ ἀνθρώπων. τεθριπῶς θαυρῶ ἐκδοσεχεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐν ταῖς δὲ ψυχῆν.

C I C E R O

**S**ED uideamus, ne haec oratio sit hominum assentantium nostrae imbecillitati, & indulgentium mollitudini. nos autem audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras euellere. tamen aliquid relinquatur fortasse: ita sunt stirpes altae Stultitiae: sed relinquatur id solum, quod est necessarium. illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. quamobrem, quod coepimus, tradamus nos ei curandos. sanabimur, si uellemus. Et progrediar quidem longius. non enim de aegritudine solum, quamquam id quidem primum, sed de omni animi, ut ego posui, perturbatione, morbo, ut Graeci uolunt, explicabo. & primo, si placet, Stoicorum more agamus; qui breuiter adstringere solent argumenta: deinde nostro instituto uagabimur.

Qui fortis est, idem est fidens: quoniam confidens, mala consuetudine loquendi, in uitio ponitur, ductum uerbum a confidendo, quod laudis est. qui autem est fidens, is profecto non extimescit: discrepat enim a timendo, confidere. atque, in quem cadit aegritudo, in eundem timor. quarum enim rerum praesentia sumus in aegritudine, easdem impendentes, & uenientes timemus. ita fit, ut fortitudini aegritudo repugnet. uerisimile est igitur, in quem cadit aegritudo, in eundem cadere timorem, & in fractionem quandam animi, & demissionem. in quemq. ea cadit, in eundem cadit ut seruiat, ut uictum quandoque se esse fateatur. quae qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem, & ignauiam. non cadunt autem haec in uirum fortem: igitur ne aegritudo quidem. at nemo sapiens, nisi fortis: non cadet ergo in sapientem aegritudo.

## EXPLANATIO

**N**Os autem ꝛ eleganti Metaphora Cicero tamquam Stoicus censet, non modo magnas illas, sed minimas quasq. perturbationes ex animo tollendas esse. *MALA consuetudine* ꝛ Idem & alijs uerbis euenit, ut scilicet usu infamarentur: sic hostis pro perduelle capitur, & regnum pro dominatione iniusta. *INFRACTIONEM* ꝛ debilitatem, consternationem. *VT seruiat,* ꝛ Ita & Horatius:

Qui metuens uiuit, liber mihi non erit umquam.

Tot certe dominis seruiant homines, quot perturbationibus distrahuntur.

## CICERO

**P**RAETEREA, necesse est, qui fortis sit, eundem esse magni animi; qui magni animi, inuictum; qui inuictus, eum humanas res despicere, atque infra se positas arbitrari. despicere autem nemo potest eas res, propter quas aegritudine affici potest. ex quo efficitur, fortem uirum aegritudine nunquam affici. omnes autem sapientis fortes. non cadit igitur in sapientem aegritudo. & quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum; & reliquae partes, totum ue corpus, a statu cum est motum, deest officio suo, & muneri: sic conturbatus animus non est aptus ad exsequendum munus suum. munus autem animi est, ratione bene uti: & sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur: numquam est igitur perturbatus. at aegritudo perturbatio est animi:

semper igitur ea sapiens uacabit. *Verisimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Graeci σωφρονα* appellant, eamq. uirtutem σωφροσύνη uocant; quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, non numquam etiam modestiam. sed haud scio, an recte ea uirtus frugalitas appellari possit. quod angustus apud Graecos ualeat qui frugi homines χερσίου appellat, id est tantummodo utiles. at illud latius. est enim omnis abstinentia, omnis innocentia, quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλαβείας: nam est innocentia affectio talis animi, quae noceat nemini. reliquas etiam uirtutes frugalitas continet. quae nisi tanta esset, & si uis angustius, quibus plerique putant, teneretur; numquam esset Pisonis cognomen tantopere laudatum.

## EXPLANATIO

**A** Statu ꝛ constitutione, siue temperamento, quod χράσις uocant. *NUMQUAM est igitur perturbatus.* ꝛ Haec est collectio Stoicorum. At Peripatetici censent Sapientem non uinci maerore; sed tangi: tamquam illud sit humanam uitam negare, alicuius animum immunem esse a perturbatione. *VERISIMILE* ꝛ Iam probare aggreditur, neque in temperantem cadere posse aegritudinem, siue perturbationem. *QUI sit temperans,* ꝛ subaudi, eum esse imperturbatum. *EA uirtus* ꝛ scilicet temperantia. *FRUGALITAS* ꝛ haec paupertas uoluntaria est: cunctarum uirtutum maxima. *M. Tullius pro Deiotaro,* Ego, inquit, frugalitatem, id est modestiam, & temperantiam uirtutem maximam esse iudico. *FRUGI homines* ꝛ Omnis est generis frugi. *Martialis,* ientacula frugi dixit. & *Tam frugi Iuno* uellet habere locum. *RELIQVAS etiam uirtus* ꝛ nimirum fortitudinem, iustitiam, prudentiam. *PISONIS* ꝛ Fuit hic L. Piso scriptor annalium. Lata est per eum Lex Calpurnia de ambitu feuerissime scripta; & ob raram saeculi sui integritatem Frugi est appellatus. Meminerunt Gellius, Cicero pro Fonteio, & alij.

## CICERO

**S**ED, quia nec qui propter metum praesidium reliquit, quod est ignauiae; nec qui propter auaritiam clam depositum non reddidit, quod est iniustitiae; nec qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiae; frugi appellari solet; eo tres uirtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam, frugalitas complexa est. etsi hoc quidem commune est uirtutum. omnes enim inter se nexae, & coniungatae sunt. reliqua igitur, & quarta uirtus ut sit ipsa frugalitas, necesse est. eius enim uidetur esse proprium, motus animi appetentis regere, & sedare; semperq. aduersantem libidini, moderatam

in omni re seruare constantiam. cui contrarium uitium nequitia dicitur. frugalitas, ut opinor, a fruge: qua nihil melius e terra oritur. nequitia ab eo (etsi hoc erit fortasse durius: sed tentemus, & lusiisse putemur, si nil sit) ab eo, quod nequidquam est in tali homine: ex quo idem nihil dicitur. qui sit frugi igitur, uel, si manus moderatus, & temperans, eum necesse est esse constantem; qui autem constans, quietum; qui quietus, perturbatione omni uacuum; ergo etiam aegritudine. & sunt illa sapientis: aberit igitur a sapiente aegritudo.

EXPLA-

EXPLANATIO

**C**LAM depositum? fidei commissum in custodiam. MALE rem gessit? male negotiatus est. translatum ab his, qui onera gerunt Et iugatae sunt. & colligatae, adeo ut, qui unam habuerit, omnes habere dicatur. APPETENTIS? effrenati, & efferuescentis. A fruge? Certe animorum fecunditatem quandam affert frugalitas. Ab eo, quod nequidquam? Si deleas, Ab eo, mendum fortasse corrigas, sententiam certe non minuas. nec me praeterit, ubi quid longius ponitur, reprehendi a Cicerone praeterita sed aliquid tamen simul addi, ut, Igitur, Verumtamen, Sed, & huiusmodi quaedam, simul animaduerti. uerum & de hoc, & ubicumque fere sententiam correctio nihil adiuuat, usq. deque. Haec Paullus pater. QVOD nequidquam? Stoicorum exemplo uocabuli originem exquiri. M. Varro ex Nequidquam, media syllaba extracta, Nequam componi demonstrat in libris de Latina lingua. Sic Nequitia a Nequidquam nominata est, siue a Nihilo, ex eo quod nequidquam sit, uel quod nihil sit. Alias Nequitia ponitur pro lasciuia, & petulantia libidinum: ut apud Ouidium, Nequitia est, quae te non sinit esse senem. QV I sit frugi igitur, & Instituta di sputationem prosequitur, docetque cum temperantia, quae uirtus est aegritudinem non posse consistere.

CICERO

**I**TAQVE non in scite Heracleotes Dionysius ad ea distulit, quae apud Homerum Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo:  
Corq. meum penitus turgescit tristibus iris,  
Cum decore, atque omni me orbatum laude recordor.  
num manus affecta recte est, cum in tumore est? aut num aliquod quoppiam membrum tumidum, ac turgidum non uitiose se habet? sic igitur instatus, & tumens animus in uitio est. sapientis autem animus semper uacat uitio, numquã turgescit, numquam tumet. at iratus animus eiusmodi est: numquam igitur sapiens irascitur, etiam concupiscit. proprium est enim irati, cupere; a quo laesus uideatur, ei quam maximum dolorem inu-

tere. qui autem id concupierit, cum necesse est, si id concutus sit, magnopere laetari. ex quo fit, ut alieno malo gaudeat. quod quoniam non cadit in sapientem; nec ut irascatur quidem cadit. si autem caderet in sapientem: aegritudo, caderet etiam iracundia. qua quoniam uacat, aegritudine etiam uacabit. et enim. si sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidiam, non dixi, in inuidiam, quae tum est, cum inuidetur. ab inuidendo autem inuidiam recte dici potest; ut effugiamus ambiguum nomen inuidiae: quod uerbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Menalippo, Florem quisnam liberum inuidit meum?

EXPLANATIO

**H**ERACLEOTES Dionysius? Stoicus hic fuit. APVD Homerum? Iliad lib. IX. Αλλά μοι οὐδ' ἀγεται κραδίη χόλας, &c. CORQVE meum penitus? Achilles uerba sunt ad Aiace. NUM manus? quod ex Homero retulit de aegritudine corporis, de animi quoque aegritudine iudicat, & arguit Dionysius. ETIAM concupiscit? Recte: nam, quid aliud est ira, quam cupiditas ulciscendi? INVERERE? translatum: solent enim cauterio inuri animalibus notae, quas indelebiles uellent. ETIAM in misericordiam, & Hoc in loco Cicero tamquam Stoicus misericordiam numerat inter animi uitia, qui alibi tamquam Peripateticus eam non dubitauit appellare uirtutem. nam in oratione pro Ligario inquit, Nulla de tuis uirtutibus plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est. IN inuidiam. & Inuidiam inuidi esse, uult hoc loco Cicero: inuidiam uero eius, cui inuidetur. A nimis intuendo? In particula, uirtutem hic habet augendi. IN Menalippo. & Fabula est Attij, nomen ducens a Menalippa, quae in ea inducebatur, conquirens de liberis suis in stabulo fere obrutis a bobus. De hac Strabo lib. 6. Geographiae. ac M. Varro in secundo de re rustica. Fuit altera Menalippa Amazonum regina cuius Diodorus, & Trogus meminerunt.

CICERO

**M**ALE Latine uidetur: sed praeclare Attius. ut enim, uidere, sic, inuidere florem, rectius, quam flori, dicitur. nos consuetudine prohibemur: poeta ius suum tenuit, & dixit audacius. Cadit igitur in eundem, & misereri, & inuidere. nam, qui dolet rebus alicuius aduersis, idem alicuius etiam secundis dolet: ut Theo-

phrastus, interitum deplorans Callisthenis sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit, Callisthenem incidisse in hominem summa potetia, summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conueniret. Atqui, quemadmodum misericordia aegritudo est ex alterius rebus aduersis; sic inuidia aegritudo est





ex alterius rebus secundis in quem igitur cadit misereri, in eundem etiam inuidere. non cadit autem inuidere in sapientem: ergo ne misereri quidem. quod si hoc aegre ferre sapiens soleret, misereri etiam soleret. abest ergo a sapiente aegritudo. Haec sic dicuntur a Stoicis, concludunturque contortius: sed latius aliquando dicenda sunt, & diffusius. sententijs tamen utendum est eorum potissimum, qui maxime forti, & ut ita dicam, uirili utuntur ratione, atque sententia. nam

Peripatetici, familiares nostri, quibus nihil est uberioris, nihil cruditius, nihil grauius, mediocritatem uel perturbationum, uel morborum animi mihi non sane probant. omne enim malum, etiam mediocre, magnum est. nos autem id agimus, ut id in sapiente nullum sit omnino. nam ut corpus, etiam si mediocre aegrum est, sanum non est: sic, si in animo est ista mediocritas, caret sanitate.

## EXPLANATIO

**C**ONSVETVDINE ꝛ Hac certissima magistra loquendi, dicimus inuidere alicui, non aliquem. **P**OETA ꝛ Attius. **I**VS suum ꝛ quilibet scilicet audendi, ut ait Horatius. **D**OLET rebus alicuius aduersis ꝛ Hoc ad misericordiam referendum. **S**ECVNDIS dolet ꝛ Hoc inuiditiae est. de quo eleganter a Statio dictum est, Aegraque Laetis inuidia. Horatius quoque decenter scripsit, & uere, Inuidus alterius macrescit rebus opimis. **I**NTERTVM deplorans ꝛ libro, quem Laertius lib. 5. nominat, καὶ ἀλλοτρίων ἢ περὶ πατρῶν. De Callisthene Olynthio uide Plutarch: Iustinum, Curtium, & Arrianum. **S**ODALIS sui, ꝛ quia uterque eodem praeceptore Aristotele usi sunt. creditumque est, Aristotelem ob necem atrocem Callisthenis, excogitasse illud uenenum Stygis aquae; quo periit Alexander Magnus. **I**N hominem ꝛ Alexandrum intelligit. **S**ED ignarum ꝛ cum haudquaquam male assentantium accommodatus ingenio esset. Nam cum Alexander Magnus ex Persico superbiae regiae more adorari uellet acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, palam dictitans Alexandrum adorandum non esse: quae res & illi & multis principibus Macedonum exitium fuit. Hoc est Alexandri crimen aeternum: quod nulla uirtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quoties dicitur, occidit Persarum multa milia: opponetur, & Callisthenem quoties dictum fuerit, occidit Darium, dicitur sed Callisthenem occidit. Nullius caedes maiorem apud Graecos Alexandro excitauit inuidiam, quam quod praeditum optimis moribus artibusque Callisthenem torserit, occideri tunc, indicta quidem causa. **C**ONTORTIVS ꝛ sic alibi contortus dixit Stoicorum conclusiunculas. **E**ORVM ꝛ Stoicorum.

## CICERO

**I**TAQVE praeclare nostri, ut alia multa; molestiam, solitudinem, angorem propter similitudinem corporum aegrorum aegritudinem nominauerunt. hoc prope modum uerbo Graeci omnem animi perturbationem appellant: uocant enim πάθος, id est morbum, quicumque est motus in animo turbidus. nos melius: aegris enim corporibus simillima est animi aegritudo. at non similis aegrotationis est libido, non immoderata laetitia, quae est uoluptas animi elata, et gestiens. ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quamquam aegritudini est finitimus. sed proprie, ut aegrotatio in corpore, sic aegritudo in animo nomen habet non seiunctum a dolore. doloris igitur huius origo nobis explicanda est, id est causa efficiens aegritudinem in animo, tamquam aegrotationem in corpore. nam ut medici, causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant: sic nos, causa aegritudinis reperta, medendi facultatem reperimus. est igitur causa omnis in opinione, nec uero a-

greditudinis solum, sed etiam reliquarum omnium perturbationum: quae sunt genere quattuor, partibus plures. nam cum omnis perturbatio sit animi motus uel rationis expers, uel rationem aspernans, uel rationi non obediens; quae motus aut boni, aut mali opinione citetur: bifariam quattuor perturbationes aequaliter distributae sunt. nam duae sunt ex opinione boni: quarum altera, uoluptas gestiens, id est praeter modum elata laetitia opinione praesentis magni alicuius boni, altera uel cupiditas recte, uel libido dici potest: quae est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans, ergo haec duo genera, uoluptas gestiens, & libido, bonorum opinione turbantur, ut duo reliqua, metus, & aegritudo, malorum. nam & metus opinio magni mali impendentis, & aegritudo est opinio magni mali praesentis: & quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum uideatur esse angere: id autem est, ut is: qui doleat, oportere opinetur se dolere.

## EXPLANATIO

**A**NGOREM ꝛ angor est aegritudo premens. Nos melius ꝛ Rufus Latinus Graecis praefert proprietate uocabulorum. **E**ST igitur ꝛ Omnes perturbationes ex opinione nasci dicit. **P**ARTIBVS ꝛ partes nunc uocat, quas in dialectica species uel formas dixere. **C**ITETVR: ꝛ commoueatVR **V**OLVPTAS gestiens, ꝛ quodam gestu se gaudere significans. **L**IBIDO ꝛ ad omnem cupiditatem referri potest. **T**VRBANTVR, ꝛ pulsantur, mouentur, **M**ALORVM ꝛ scilicet opinione. **I**MPENDENTIS ꝛ quod futuri est. **A**EGRITVDONVM ꝛ tristitia communiter dicitur.

CICERO

CICERO

**H**is autem perturbationibus, quas in uita hominū  
stulticia quasi quasdam immittit furias, atque  
incitat, omnibus uiribus, atque opibus repugnandum  
est, si uolumus hoc, quod datum est uitae, tranquille,  
placideq. traducere. sed ceteras alias, nunc aegritudi-  
nem, si possumus, depellamus: id enim sit propositum:  
quandoquidem eam tu uideri tibi in sapientem cadere  
dixisti, quod ego nullo modo existimo. terra enim res est,  
misera, detestabilis, omni contentione, uelis, ut ita di-  
eam, remisq. fugienda. qualis enim tibi ille uidetur Tan-  
talo prognatus, Pelope natus, qui quondam a socero Oe-  
nomaoro rege Hippodamiam raptis nactus nuptijs? Io-

uis iste quidem pronepos: tam ne ergo abiectus, tamq.  
fractus?

Nolite (inquit) hospites adire ad me: ilico istic

Ne contagio mea bonis, umbra ue obsit:

Tanta uis sceleris in corpore haeret.

Tu te Thyesta damnabis, orbabisq. luce propter uim sce-  
leris alieni? Quid? illum filium solis non ne patris ipsius  
luce indignum putas?

Refugere oculi: corpus macie extabuit:

Lacrymae peredere humore exanguis genas:

Situ nidoris barba pedore horrida,

Atque intonsa infuscat pectus illuue scabrum.

EXPLANATIO

**S**ed ceteras alias? De reliquis perturbationibus disputat in Tusculana quarta. Nullo modo existi-  
mo. ut Stoicus. **VEL IS REMISQ.** omni scilicet contentione. Prouerbialis Metaphora a nauiganti-  
bus sumpta. **TANTALO prognatus**? Thyestes significatur, & Pelopis filius, Tantali nepos. **IOVIS prone-  
pos**? Thyestem dicit, ex Ioue enim natus Tantalus. **NOLITE (inquit) hospites adire ad me: ilico istic?** Tro-  
chaicus est, in quem non cadit iambs: itaque non puto eos recte sentire, qui uerbis aliter collocatis, ita  
legunt, Nolite hospites ad me adire ilico isti: nam in quarta sede iambs esset. Haec Paullus pater. **Tu  
te Thyesta**? Apostrophe est Ciceronis Thyestem increpantis quod ob fraternum scelus tanta se ae-  
gitudine afflicteret. **FILIUM SOLIS**? Aetam dicit colchorum regem Medae patrem quem ob Absyrti  
filij miserandum interitū merore confectum tradunt. **PATRIS IPSIUS**? hoc est ipsius solis. **SIT V?** cor-  
ruptione, ex humore, & diuturnitate contracta. **PEDORE**? fordibus, illuue. **INFUSCAT**? obumbrat.

CICERO

**H**aec mala, o stultissime Aeteta, ipse tibi addidisti:  
non inerant in ijs, quae tibi casus inuexerat: &  
quidem inueterato malo, cum tumor animi resedisset.  
est autem aegritudo, ut docebo, in opinione mali recen-  
tis, sed maeres uidelicet regni desiderio, non filiae, illam  
enim oderas, & iure fortasse: regno non aequo animo  
carebas. est autem impudens luctus maerore se conficiē-  
tis, quod imperare non liceat liberis. Dionysius quidem  
tyrannus, Syracusis expulsus, Corinthi pueros docebat:  
usque eo imperio carere non poterat. Tarquinio uero  
quid impudentius, qui bellum gereret cum ijs, qui eius  
non tulerunt superbiam? is cum restitui in regnum nec  
uicentium, nec Latinorum armis potuisset, Cumas se  
contulisse dicitur, inq. ea urbe senio, & aegritudine ef-  
se confectus. Hoc tu igitur censes sapienti accidere posse  
ut aegritudine opprimatur, id est miseria? nam cum om-  
nis perturbatio miseria est, tum carnificina est aegritu-  
do. habet ardorem libido, leuitatem laetitia gestiens, hu-  
militatem metus: sed aegritudo maiora quaedam, tabē,

cruciatum, afflictationem, foeditatem: lacerat, exest a-  
nimum, planeq. conficit. hanc nisi exuimus sic, ut abijcia-  
mus: miseria carere non possumus. at hoc quidem perspi-  
cum est, tum aegritudinem existere, cum quid ita ui-  
sum sit, ut magnum quoddam malum adesse, & urgere  
uideatur. Epicuro autem placet, opinione mali aegritu-  
dinem esse, non natura: ut, quicumque intueatur in ali-  
quod maius malum, si id sibi accidisse opinetur, sit con-  
tinuo in aegritudine. Cyrenaeici non omni malo aegritu-  
dinem effici censent, sed in sperato, nec opinato malo. est  
id quidem non mediocre ad aegritudinem augendam: ui-  
dentur enim omnia repentina grauiora. ex hoc & illa  
iure laudantur.

Ego, cum genui, tum moriturum sciui, & ei rei sustuli.  
Praeterea, ad Troiam cum misi ad defendendam Grae-

ciam,  
Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas, mitte-  
re.

EXPLANATIO

**H**aec mala, & Auctoris increpatio est, ad Aetam aegritudini nimis indulgente in. **MAERES**? mae-  
rore conficere. **FILIAE**? Medeam intelligit. **REGNO**? regni epulencia, aureo scilicet uellere etc  
pro prodicione filiae. **LIBERIS**? id est, ciuibus. **DIONYSIUS**? De hoc lege Plut. in Dione. **TARQVI-  
NIO**? De hoc lege apud Liniuum, Dionysium, Plut. & alios. **CARNIFICINA**? Aegritudo Carnifici-  
na est: quia excarnificat & carnificis instar cruciat animū, lancinatq. praecordia, Crudelitatem quando-  
que

que significat: Plautus in Cistellaria, Credo ego amorem primum apud homines excreuisse. **EXEST** con-  
fimit: a uerbo Exedo dictum: sicut a Comedo Comest. **EXEST** anxius angor, apud Lucretiū. & Est mol-  
lis flamma medullas, Virgil. **CONFICIT**. & necat. Virgil. Nunc uulnus acerbum conficit. **EPICVRO** con-  
tra Epicuri, & Cyrenaicorum sententiam disputat primum, deinde remedia aegritudini adhibenda sub-  
iungit. **OPINIONE mali aegritudinem esse, non natura;** & Aliter in omnibus libris. ego, Non, addidi ex in-  
genio: Opinione, sumpsi a scripto Sigonij libro. Confirmat correctionem nostram, quod infra legitur,  
Simulq. iudico malum illud opinionis esse, non naturae. & Vides ergo opinionis esse, non naturae ma-  
lum. & Ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione esse aegritudinem. Et, Non natura exoritur  
aegritudo, sed iudicio, sed opinione. Nec dissimile illud, de corporis, non animi, dolore, lib. 11. de Fin.  
Opinio fuit, non natura, uim doloris aut maiorem, aut maiorem. Haec Paullus pater. **OMNIA repentina;**  
Vnde prouerbium: lacula praeuisa minus feriunt. Et Seneca ad Marciam: Quae multo ante praeuisa  
sunt, languidius incurrunt. Item alibi: Omnia leuiora accidunt expectantibus. Ego cum genui, & E Tra-  
goedia quapiam desumptum; & simile fertur Lacaenae cuiusdam Apophthegma. Ad Troiam & Viden-  
tur uerba Telamonis consolantis de nece Aiace filij, quem ad bellum Troianum miserat.

## C I C E R O

**H**AEC igitur praemeditatio futurorum malorum le-  
nit eorum aduentum, quae uenientia longe ante ui-  
deris. itaque apud Euripidem a Theseo dicta laudan-  
tur. licet enim, ut saepe facimus, in Latinum illa conuer-  
tere.

Nam, qui haec audita a docto meminisse uiro,  
Futuras mecum commentabar miseras:  
Aut mortem acerbam, aut exsiliij maestam fugam,  
Aut semper aliquam molem meditabar mali:

Ut, si qua inuecta diritas casu foret,  
Ne me imparatum cura laceraret repens.  
Quod autem Theseus a docto uiro se audisse dicit, id de  
se ipso loquitur Euripides: fuerat enim auditor Ana-  
xagorae: quem serunt, nunciata morte filij, dixisse, Scie-  
bam me genuisse mortalem, quae uox declarat, ijs esse  
haec acerba, a quibus non fuerint cogitata. Ergo id qui-  
dem non est dubium, quin omnia, quae mala putantur,  
sint improuisa grauiora. itaque, quamquam non haec u-  
na res efficit maximam aegritudinem; tamen, quoniam

multum potest prouisio animi, & praeparatio ad minu-  
endum dolorem, sint semper omnia homini humana medi-  
tata. & nimirum haec est illa praestans, & diuina sa-  
pientia. perceptas penitus, & pertractatas humanas res  
habere; nihil admirari, cum acciderit; nihil, ante quam  
eueniret, non euenire posse arbitrari.

Quamobrem omnes, cum secundae res sunt maxime,  
ium maxime

Meditari secum oportet, quo pacto aduersam aerum-  
nam ferant:

Pericla, damna, exsilia peregre rediens semper cogi-  
tet,

Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum fi-  
liae.

Communia esse haec, fieri posse: ut ne quid animo sit no-  
uum.

Quidquid praeter spem eueniat, omne id deputare esse  
in lucro.

## EXPLANATIO

**N**AM, qui haec audita & Thesei uerba haec sunt, apud Euripidem tragicum, quae ex Graeco sermo-  
ne in Latinum uertit M. Tullius. Plut. ἐν τῷ παραμυθητικῷ, & Galenus. **COMMENTABAR** & cogitabam,  
meditabar. **DIRITAS** & infortunium. **REPENS** & repentina, sic apud Liuium: Repens cura inuasit.  
**QVOD autem Theseus** & Euripidis sententiam explicat. **SCIEBAM** & Idem Val. quoque refert de Ana-  
xagora philosopho. **NIHIL admirari** & In hanc sententiam Horatius:

Nihil admirari prope res est una, Numici,

Solaque quae possit facere, & seruare beatum.

**CVM acciderit;** & Turpe enim sapienti est dicere, Non putaram. **NIHIL non euenire posse** & id est, om-  
nia posse euenire. **SECVM** & bene additur secum: nam hoc palam agere insani proprium.

## C I C E R O

**E**RGO hoc Terentius, a philosophia sumptum, cum  
Etam commode dixerit, nos, e quorū fontibus id hau-  
sum est, non & dicemus hoc melius, & constantius sen-  
tiemus: hic est enim ille uultus semper idem, quem dicitur  
Xanthippe praedicare solita in uiro suo fuisse So-  
crate; eodem uultu semper se uidisse exeuntem illum

domo, & reuertentem, nec uero ea frons erat, quae M.  
Craffi illius ueteris, quem semel ait in omni uita risisse  
Lucilius, sed tranquilla, & serena: sic enim accepimus,  
iure autem erat semper idem uultus, cum mentis, a qua  
is fingitur, nulla fieret mutatio, Quare accipio equidem  
a Cyrenaicis haec arma contra casus, & euentus, qui-  
bus

bus eorum aduenientes impetus diuturna praemeditatione frangantur; simulq. iudico, malum illud opinionis esse, non naturae. (si enim in re essent, cur fierent prouisa leuiora? sed est, idem de rebus quod dici possit subtilius; si prius Epicuri sententiam uiderimus; qui censet necesse esse omnes in aegritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur; siue illa ante prouisa, & expectata sunt, siue inueterauerint: nam neque uetustate minui mala, nec fieri praemeditata leuiora: stultamq. etiam esse meditationem futuri mali, aut fortasse ne futuri qui

dem: satis esse odiosum malum omne, cum uenisset: qui autem semper cogitauisset, accidere posse aliquid aduersi, ei fieri illud sempiternum malum: si uero ne futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam uoluntariam: ita semper anzi, aut accipiendo, aut cogitando malo. Lenationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit, auocationem a cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas uoluptates. parere enim censet animum rationi posse, & quo illa ducat, sequi.

## EXPLANATIO

**U**ltus semper idem, § Idem Cic. de Offi. I. Plin. in VII. Ferunt Socratem clarum sapientia eodem semper uisum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Aelianus lib. IX. cap. VI. uar. hist. **XANTHIPPE** § Socratis uxor, itarum, molestiarumq. muliebrium scatens, cuius morositas etiam in prouerbio abiit. Verissime Ouidius: Dos est uxoriamq. M. Crassi illius ueteris, § Alterum M. Crassum ipsius temporibus fuisse, & Hortensii aequalem, ostendit in Bruto. Ille autem uetus, Graeco nomine *δγελος* fuit appellatus, ut dicit de Fin. v. **SEMEL** ait in uitaris fise § Quod factum est, cum uidisset asinum carduos comedentem: dixissetq. ob id, Similes habent labra lactucas. **IDEM** uultus, § Socratis uultus, ut ait Capter, fingi, & mutari potest, facies non potest. Vultus uim Graeci norunt, nomen omnino non habent: ut docet M. Tull. in I. de legibus. **MALVM** illud opinionis esse, non naturae: § Hoc Epicurei sensere. **SI enim in re essent,** § Esset, uidendum, an rectius: quod equidem existimo. Haec Paullus pater. **NEQUE uetustate minui mala?** Cic. in Ep. ad Att. de exilio suo querens ait: Dies non modo non leuat luctum hunc, sed etiam auget: nam ceteri dolores mitigantur uetustate, hic non potest non & sensu praesentis miseriae, & recordatione praeteritae uitae continue augeri. **STULTAM praemeditationem** § stultum sine dubio est, accersere sibi miseriae, quas optimum est differre, si non discutere possis: & in malo esse ante malum. **ET reuocatione** § Ouidius: Iuuat o meminisse beati Temporis.

## CICERO

**V**etat igitur ratio intueri molestias: abstrahit ab acerbis cogitationibus: hebetat aciem ad miseriae contemplandas: a quibus cum cecinit receptui, impellit rursum, & incitat ad conspiciendas, totaq. mente contrectandas uarias uoluptates, quibus ille & praeteritarum memoria, & spe consequentium sapientis uitam refertam putat. Haec nostro more nos diximus, Epicurei dicunt suo, sed, quae dicant, uideamus, quo modo; negligamus. Principio male reprehendunt praemeditationem rerum futurarum: nihil est enim, quod tam obtundat, eleuetq. aegritudinem, quam perpetua in omni uita cogitatio: nihil esse, quod accidere non possit; quam meditatio conditionis humanae, quam uitae lex, commentatioq. parendi: quae non hoc affert, ut semper maereamus, sed ut numquam, neque enim, qui rerum naturam, qui uitae uarietatem, qui imbecillitatem generis humani cogitat, maeret, cum haec cogitat, sed tum uel maxime sapientiae fungitur munere. utrumque enim consequitur,

ut & considerandis rebus humanis, proprio philosophiae fungatur officio; & aduersis casibus triplici consolatione sanetur: primum, quod, posse accidere, diu cogitauerit; quae cogitatio una maxime molestias omnes extenuat, & diluit: deinde, quod humana serenda intelligit: postremo, quod uidet, nullum malum esse, nisi culpam; culpam autem nullam esse, cum id, quod ab homine non potuerit praestari, euenerit. Nam reuocatio illa, quam affert, cum a contuendis nos malis auocat, nulla est. non est enim in nostra potestate, fodicantibus ijs rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio, uel obliuio. Lacerant, uexant, stimulos admouent, ignes adhibent, respirare non sinunt: & tu obliuisci iubet, quod contra naturam est; quod a natura datum est, auxilium extorques inueterati doloris? est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas, & dies.

## EXPLANATIO

**V**etat igitur ratio intueri molestias: abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miseriae contemplandas: § Malui cum antiquo libro: Hebetat aciem. Haec Paullus pater. **CVM cecinit receptui,** § id est, cum reuocauit. Prouerbialis est figura, translata de re militari, in qua cum receptui canitur, datur signum militibus, quo audito se recipient in castra, neque amplius insequantur hostem. **SPER consequentium** § uoluptatum futurarum. **EPICUREI dicunt suo.** § Dicere solebat Epicurus, Omnem disciplinam fuge, hinc illius dogmata citra eloquentiam, & Dialecticos neruos explicabantur. **OBTVNDAT,** § obtusam reddat, & sine acumine, sic ferrum obtusum dicitur, quod mucronatum non est, neque acute perforat.

forat, QVAM meditatio condicionis humanae, & repetendum est illud: Nihil est, quod tam obtundat, &c. PROPRIO philosophiae fungatur officio; & usitatus, quam, ut in alis libris, Fruatur oratio. DILVIT temperando eneruat. PRAESTARI, & Anteuerti, caueri. QVAM affert longinquitas. & Vnde prouerbio dicitur, Diem adimere hominibus aegritudinem.

## C I C E R O

**I**VRES me bona cogitare, obliuisci malorum. Dices aliquid, & magno quidem philosopho dignum, si ea bona sentires esse, quae essent homine dignissima. Pythagoras mihi sic diceret, aut Socrates, aut Plato: quid iaces? aut quid maeres? aut succumbis, cedisq. fortunae? quae ut peruellere te forsitan potuerit, & pungeret, non potuerit certe uires frangere: magna uis est in uirtutibus, eas excita, si forte dormiunt. Tam tibi aderit princeps fortitudo, quae te animo tanto esse coget, ut omnia, quae possint homini euenire, contempnas, & pro nihilo putes. Aderit temperantia, quae est eadem moderatio, a me quidem paullo ante appellata frugalitas; quae te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur, quid est autem nequius, aut turpius effeminato uiro? Ne infortunia quidem sinet ista facere: cui minimum esse uideatur in hac caussa loci: quae tamen ita dicit, dupliciter esse te iniustum; cum & alienum appetas, qui, mortalis natus, condicionem postules immortalium; & grauius feras, te, quod utendum acceperis, reddidisse. Prudentiae uero quid respondebis, dicenti uirtute se sese contentam, quo modo ad bene uiuendum, sic & ad beate? quae si extrinsecus religata pendeat, & non

oriatur ex se, & rursus ad se reuertatur, & omnia sua complexa nihil quaerat aliunde; non intelligo, cur aut uerbis tam uebementer ornanda, aut re tantopere extendenda uideatur. Ad haec bona me si reuocas, Epicure, pareo; sequor; uitor te ipso duce; obliuiscor etiam malorum, ut inbes; eoq. facilius, quod ea ne in malis quidem ponenda censeo, sed traducis cogitationes meas ad uoluptates: quas? corporis credo, aut quae propter corpus uel recordationis, uel spe cogitentur, numquid est aliud? recte ne interpretor sententiam tuam? Solent enim isti negare nos intelligere, quid dicat Epicurus. hoc dicit, & hoc ille Graeculus, me audiente, Athenis senex Zeno, istorum acutissimus, contendere, & magna uoce dicere solebat, eum esse beatum, qui praesentibus uoluptatibus frueretur, confideretq. se fruiurum aut in omni, aut in magna parte uitae, dolore non interueniente; aut, si intercruciret, si summus foret, futurum breuiem; si productior, plus habiturum incundi, quam mali: haec cogitantem fore beatum, praesertim si & ante perceptis bonis contentus esset, nec deos extimeret.

## E X P L A N A T I O

**Q**VAE essent homine dignissima, & uirtutes intelligit. PERVELLERE & uellicando excruciare. MAGNA uis & Nunc tandem aegritudinis remedia adducit ex uirtutum genere. UTENDVM & ad usum. id est, quo aliquantisper uti liceret: ut uasa solent. VIRTUTE se esse contentam, & id est honestate, laude, decore &c. In nouissima Tusculana disputabitur, an uirtus sola sufficiat ad beate uiuendum. Ad haec bona & ad has uirtutes, quae sunt bona hominibus dignissima. Hoc dicit & summam proponit philosophiae Epicureae. Et hoc ille Graeculus, me audiente, Athenis senex Zeno & Deminuita uoce pro contemptum uocat Zenonem Epicureum contemporaneum suum, cuius etiam meminit in 1. de Finib. inuens argutias illius leues esse, ac deminutas PRODUCTIOR, & longior. ANTE perceptis & praegustatis.

## C I C E R O

**H**ABES formam Epicuri uitae beatae, uerbis Zenonis expressam, nihil ut possit legari. Quid ergo? huius ne uitae propositio, & cogitatio aut Thyestem lenare poterit, ut Aetam, de quo paullo ante dixi, aut Telamonem: pulsam patria, exsulantem, atque egenam? in quo haec admiratio fiebat: Hicne Telamon ille est, modo quem gloria ad caelum extulit, quem ad spectabant, cuius ob os Craij ora obuertebant suae? Quod si cui, ut ait idem, simul animus cum re concidit: a grauius illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his uoluptarijs. quam enim isti bonorum copiam dicunt? fac sane summum bonum esse, non dolere. quamquam id non uocatur uoluptas, sed non neces-

se est nunc omnia. id ne est, quo traducti luctum lenemus? sit sane summum malum, dolere: in eo igitur qui non est, si malo careat, continuo ne fruiur summo bono? Quid tergieris? Epicure, nec fatemur eam nos dicere uoluptatem, quam tu idem, cum os perfricuisi, soles dicere? sunt haec tua uerba, nec ne (in eo quidem libro, qui continet omnem disciplinam tuam, (sunt enim iam interpretis muneris ne quis me putet fungere) dicit haec. Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas uoluptates, quae sapore percipiuntur; detrahens eas etiam, quae auditu, & cantibus; detrahens eas etiam, quae ex formis perripiuntur oculis, suauis motiones, siue quae aliae uoluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu. Nec uero ita dici potest, mentis laetitiam solam esse in bonis. laetantem enim

enim mentem ita noni sse eorum omnium, quae supra dixi fore, ut natura, ijs potius, dolore careat. atque haec quidem ijs uerbis, quibus ut intelligat, quam uoluptatem norit Epicurus. deinde paulo infra, Saepae quae sunt, inquit, ex ijs, qui appellantur sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent: nisi si uellent uoces inanes fundere. nihil ab his potui cognoscere, qui si uirtutes ebullire uolent, & sapientias; nihil aliud dicent, nisi eam uiam, qua efficiantur eae uoluptates, quas supra dixi. Quae sequuntur, in eadem sententia sunt: totusq. liber, qui est de summo bono, re fertus & sententijs, & uerbis talibus est.

EXPLANATIO

**Q**UID ergo? Hinc Cicero incipit Epicuri dogma reprehendere *THYESTEM leuare* & leuiorem in eo facere aegritudinem. *TELAMONEM pulsum patria* & pulsum in exilium. ex Aegina insula patris regno. *HICCINE est* & Trochaici uersus sunt, forte ex Telamone Ennij tragoedia. *OB os* & Idem sibi ipsi, quod Telamoni accidisse gloriatur Cicero, usurpatq. hunc uersum de semetipso: sic enim scribit in Ep. ad Papirium Paetum: In eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille, quem spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua, *OB os* autem significat, *AD os*. Antiquos enim ufos esse *OB* praepositione pro *AD*, testis est Ennius, qui ait Acherontem obibo, item Omnes occisi occensiq. in nocte serena, id est accensiq. Dicebatur quoque *Obmoueo*, pro *admoueo*: *Obiacent*, pro *Adiacent*: *Obiurare*, pro *Adiurare*, & complura hoc genus. *ANIMVS* & alacritas, & uigor animi. *CVM re concidit* & cecidit cum iactura regni. *IN eo igitur qui non est* & scilicet in statu dolendi. *CONTINVO* & statim. *CVM os perfricuisi* & id est, cum uerecundiam deposuisti. Qui enim uerecundi uideri nolunt, hi solent faciem perficare ad sanguinem ad interiora repellendum, qui ex corde diffusus est tam quam faciei uelamentum. Hinc factum est prouerbialis locutio de inuerecundo, ut dicatur, *Perfricuit faciem*. *MVNERE*; & officio. *NEC equidem habeo*, & Epicuri uerba ex eius libro περὶ τελους desumpta, quae citantur ab Athenaeo lib. 7. & 12. *Dipnosophist*. *SAPORE percipiuntur* & gustantur. *QVAM uoluptatem* & Videlicet gustus, tactus, reliquorumq. sensuum naturalium. *SI illa* & bona: hoc est uoluptates sensuum. *NI SI si uellent* & Si tamen nolent, modo ut nolent. *VOCES inanes fundere* & aliter proferre, quam animo sentiant. *SI uirtutes ebullire uellent*, & si ex intimo cordis proferre, & depromere uellent.

CICERO

**A**D hancine igitur uitam Telamonem illum reuocabis, ut leues aegritudinem? & si quem tuorum afflictum maerore uideris, huic acipenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum, dabis? ὡς ἄν ἔβριση, ut audiat uoces potius, quam Platonis expones, quae spectet, florida, & uaria? fasciculum ad nares admouebis? incendes odores? & fertis redimiri iubebis, & rosa? si uero aliquid etiam tum plane luctu omnem absterferis? Haec Epicuro consuetudina sunt; aut ea, quae modo, expressa ad uerbum, dixi, tollenda de libro: uel totus liber potius abijciendus: est enim conseruus uoluptatibus. Quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat:  
— Pol mihi fortuna magi nunc desit, quam genus.  
Namque regnum suppetebat mi: ut scias quanto e loco,  
Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna occidat.  
quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eiusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta:

Ex opibus summis opis egens, Hector, tuae.  
huic subuenire debemus: quaerit enim auxilium.  
Quid petam praesidi, aut exsequar? quo ne nunc auxilio, aut fuga  
Freta sim? arce, & urbe orba sum: quo accedam? quo applicem?  
Cui nec arae patriae domi stant; fractae, & disiectae iacent:  
Fana flamma deflagrata: tosti alti stant parietes,  
Deformati, atque abiecti crista.  
scis, quae sequantur: & illud in primis,  
O pater, o patria, o Priami domus,  
Saepum altisono cardine templum:  
Vidi ego te, adstante ope barbarica,  
Teclis caelatis, laqueatis,  
Auro, ebore instructam regifice.  
o poetam egregium: quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. sentit omnia repentina, & inopinata esse grauiora.

EXPLANATIO

**A**D hanc igitur uitam? Apostrophe ad Epicurum, in cuius uita uoluptaria demonstrat Cicero nullam inesse medelam, ad leuandas animi aegritudines. *ACIPENSEREM*, & piscis est unus omnium squamis ad os uersis apud antiquos habitus nobilissimus: de quo Plinius, Athenaeus, Macrobius, Semonicus Serenus, Martialis, Horatius, ceteri. *FASCICVLVM* & olfactoriolum. Scribit Tull. in Verrinis, C. Verrem solitum sibi apponere ad nares reticulum tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae. *DE libro* & quem de summo bono composuit Epicurus. *PO L mihi* & uersus Ennij, quibus  
Cc Telamon



Telamon exfulium suum deplorat, in quod ob fratricidium fuerat pulsus. *Ab eodem Poeta?* Ennio scilicet. *Ex opibus summis* ? Andromachae uerba, ex alia tragodia Ennij. *Opis egens.* ? indiga auxilij. Annotant Grammatiri opem singulariter auxilium, opes pluraliter diuitias significare. Sed & opem dixerunt ueteres pro opulencia. *Quid petam praesidia,* ? exanimata, ac uiccors Andromacha, n. cicit, unde praesidium petat. *EUPHORIIONIS* ? Fuit hic Chalcidensis, poeta, quem transtulit Gallus ille, qui ob id in Virgiliano Bucolico sic loquitur:

Ibo, & Chalcidio quae sunt mihi condita uersu  
Carmina pastoris Siculi meditabor auena.

## CICERO

**E**XAGGERATIS igitur regis opibus, quae uidebantur sempiternae fore, quid adiungit? Haec omnia uidi inflammari, Priamo ui uitam euitari, Ionis aram sanguine turpari. praeclarum carmen: est enim & rebus, & uerbis, & modis lugubre. eripiamus huic aegritudinem: quo modo collocemus in culcitra plumea: psaltriam adducamus: cedrum incendamus: demus sicut ellam dulciculae potionis: aliquid prouideamus & cibi. haec tandem bona sunt, quibus aegritudines grauissimae detrahantur: tu enim paulo ante, ne intelligere te quidem alia bona, dicebas. reuocari igitur oportere a maerore ad cogitationem bonorum, conueniret mihi cum Epicuro, si, quid

esset bonum, conueniret. Dicit aliquis: quid ergo tu Epicurum existimas ista uoluisse, aut libidinosas eius fuisse sententias? Ego uero minime: uideo enim ab eo dici multa seuerè, multa praeclare. itaque, ut saepe dixi, de acumine eius agitur, non de moribus. quamuis spernatis uoluptates eas, quas modo laudauit: ego tamen meminerò, quod uideatur ei summum bonum. non enim uerbo solum posuit uoluptatem, sed explanauit quid diceret. Saporem, inquit, & corporum complexum, & ludos, atque cantus, & formas eas, quibus oculi iucunde moueantur. num fingo? num metior? cupio refelli: quid enim laboro, nisi ut ueritas in omni quaestione explicetur? At idem ait non crescere uoluptatem, dolore detraeto; summamque uoluptatem, nihil dolere.

## EXPLANATIO

**E**XAGGERATIS ? singulatim recensitis, regis Priami opibus. *Quid adiungit?* ? scilicet Andromacha. *Haec omnia uidi* ? In prima Tusculana hoc idem carmen recitatum est. Et alibi. *ERIPIAM* vs huic ? Andromachae. *PSALTRIAM* ? cantatricem aliquam, musicus enim cantus perturbationes lenit. *CEDRUM incendamus* : ? Tertij liber Cedricum, Sunt, qui Hedycrum, legi malint. mihi non displicet, Cedrum. nam & Virg. lib. 111. Georg.

Disce & odoratam stabulis incedere cedrum.

Ciceronem autem de odoribus loqui, locus alter ostendit: Fasciculum, inquit, ad nares admouebis? incendes odores. Itaque non sane uideo cur mutetur. Haec Paullus pater. *Tu enim?* Ad Epicurum haec dicuntur. *SAPOREM, inquit,* ? Epicuri uerba refert Cicero plana, atque perspicua, quae planissime demonstrant hominem loqui de uoluptate corporis, & sensuali. *Cyprio refelli?* redargui, refellit, qui negat.

## CICERO

**P**AUCIS uerbis tria magna peccata unum, quod secum ipse pugnat, modo enim, ne suspicari quidem se quidquam bonum, nisi sensus quasi titillarentur uoluptate: nunc autem, summam uoluptatem esse, dolore carere. potest ne magis secum ipse pugnare? Alterum est peccatum, quod, cum in natura tria sint, unum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere, nec dolere; hic putat primum, & tertium idem esse, nec distinguit a non dolendo uoluptatem. Tertium peccatum commune cum quibusdam, quod, cum uirtus maxime expetatur, eiusque adipsendae causa philosophia quaesita sit, ille a uirtute summum bonum separauit. at laudat, & saepe, uirtutem. & quidem C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset, & effudisset aerarium; uerbis tamen defendebat aerarium. quid uerba audiam, cum facta uideam? Piso ille Frugi semper contra legem frumen-

tariam dixerat. is, lege lata, consularis ad frumentum accipiendum uenerat. animaduertit Gracchus in concione Pisonem stantem: quaerit, audiente populo R. qui sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserat. nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi uirtutem diuidere liceat: sed, si faciass, partem petam. parum ne declarauit uir grauis, & sapiens, lege Sempronia patrimonium publicum dissipari? lege orationes Gracchi: patronum aerarij esse dices. Negat Epicurus iucunde posse uiui, nisi cum uirtute uiuatur: negat ullam in sapientem uim esse fortunae: tenuem uictum antefert copioso: negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. omnia philosopho digna, sed cum uoluptate pugnantia. non istam dicit uoluptatem. dicat quamlibet: nempe eam dicit, in qua uirtutis nulla pars inest. Age, si uoluptatem non intelligimus, ne dolorem quidem?

## EXPLANATIO

**Q**UAS titillarentur ? translatum uerbum a titillatu alarum, ubi dulcedo est scabendi. Plinius in XI. In eadem praecipue hilaritatis sedes, quod titillatu maxime intelligitur alarum. Nec distinguitur? itaque nihil

nihil interfit inter gaudere & non dolere. A uirtute separauit. § quando summum bonum ponit in uoluptate saporum, & tactus. Nihil autem tam est contrarium uirtuti, quam uoluptas. Quare Silius: Hinc uirtus, illinc uirtuti inimica uoluptas.

A T laudat § probat ipsum Epicurum sibi contraria dicere. Et quidem C. Gracchus § Simile inconstantiae exemplum. P. Iso ille Frugi § de hoc mentio superius facta est. LEGEM frumentariam § quam tulerat C. Gracchus de frumento plebi dando. LEGE Sempronia § Eadem est lex Gracchana, quoniam Gracchi Sempronij dicebantur. NEGAT Epicurus § Idem lib. I. de Finibus. TENVEM uictum antefert § Diocles auctor est, Epicurum uilissimis cibus uitam egisse; & ipse in epistolis aqua tantum, & cibario pane se contentum esse testatur. Verba Epicuri sunt ex epistola: Mitte mihi casei paullulum, ut cum epulari pretiosius uolucro possim.

C I C E R O

**N** EGO igitur eius esse, qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere uirtutis. Et conqueruntur quidam Epicurei, uiri optimi, (nam nullum genus est minus malitiosum) me studiose dicere contra Epicurum. ita credo, de honore, aut dignitate contendimus. mihi summum in animo bonum uidetur, illi autem in corpore: mihi in uirtute, illi in uoluptate. & illi pugnant; & quidem uicinorum fidem implorant; multi autem sunt, qui statim conuolent: ego sum is, qui dicam me non laborare, actum habitutum quod egerint. quid enim? de bello Punico agitur? de quo ipso cum aliud M. Cato, aliud L. Lentulo uideretur, nulla inter eos concertatio umquam fuit. hi nimis iracunde agunt, praesertim cum ab his non sane animose defendatur sententia, pro qua non in senatu, non in concione, non apud exercitum, neque apud censores dicere audeant.

Sed cum istis alias, & eo quidem animo, nullum ut certamen institutam, uerum dicentibus facile cedam. tantum admonebo: si maxime uerum sit, ad corpus omnia referre sapientem; siue, ut honestius dicam, nihil facere, nisi quod expediat: siue omnia referre ad uilitatem suam; quoniam haec plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Cyrenaeorum restat sententia: qui tum aegritudinem censent existere, si nec opinato quid euenierit. est id quidem magnum, ut supra dixi: etiam Chrysippo ita uideri scio, quod prouisum ante non sit, id fieri uehementius: sed non sunt in hoc omnia. quamquam hostium repens aduentus magis aliquanto conturbat, quam expectatus: & maris subita tempestas, quam ante prouisa, terret nauigantes uehementius: & eiusmodi sunt pleraque.

EXPLANATIO

**M**ENTI ONEM facere uirtutis. § nullum enim uirtuti locum summum relinquit. **ILLI** § Epicurei: **STATIM conuolent:** § libenter concurrant in patrocinium. **ME non laborare** § nam, ut alibi inquit, maledicta, contumeliae, contentiones, concertationesq. in dicendo pertinaces indignae Philosophia uideri solent. **ACTUM habitutum** § approbaturum quod egerint. Prouerbialis est figura. **ALIVD L. Lentulo uideretur** § nam, cum Cato acclamaret, E repub. mihi uidetur Carthaginem deleri, L. Lentulus reclamabat, E repub. uidetur Carthaginem non deleri. timebat enim, ne, deleta Carthagine securitas Romanos inuaderet, torpore somnolenti marcescerent. **HI** § Epicurei. **SED cum istis** § Epicureis. **MAXIME uerum sit.** § aequum sit. **EXPEDIAT** § utile sit. **PLAUSIBILIA** § fauorabilia. **IN sinu gaudeant,** § id est secum & apud suos laetentur. Prouerbialis est locutio quam & Tibullus usurpauit:

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu, & Propert. lib. 2.

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

**REPENS** § repentinus. **MAGIS aliquanto conturbat,** § adeo ut hoc casu oppressis, nec uirtus possit, nec multitudo prodesse.

C I C E R O

**S** ED, cum diligenter nec opinatorum naturam consideres, nihil aliud reperi as, nisi omnia subita uideri maiora, & quidem ob duas causas: primum, quod quae sunt quae accidunt, considerandi spatium non datur: deinde, cum uidetur praecaueri potuisse, si prouisum esset, quasi culpa contractum malum aegritudinem acriter facit. quod ita esse dies declarat: quae procedens ita mitigat, ut, iisdem malis manentibus, non modo leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur. Carthaginenses multi Romae seruiuerunt; Macedones, rege Perse capto, uidi etiam in Peloponneso, cum essem adulescens, quosdam Corinthios. hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare,

Haec omnia uidi. sed & iam decantauerant fortasse. eo enim erant uultu, oratione, omni reliquo motu, & statu, ut eos Argiuos, aut Sicyonios diceret: magisque me mouerant Corinthi subito ad spectatae parietinae, quam ipsos Corinthios; quorum animis diuturna cogitatio callum uetustatis obduxerat. Legimus librum Clitomachi, quem ille, eversa Carthagine, misit, consolandi causa, ad captiuos, ciues suos, in eo est disputatio scripta Carneadis: quam se ait in commentarium retulisse. cum ita positum esset, uideri fore in aegritudine sapientem patria capta; quae Carneades contra dixerit, scripta sunt.





## EXPLANATIO

**D**IES te mporis longinquitas. Sic Tibullus.

Longa dies homini docuit parere leones.

**I**N plerisque tollatur } iuxta illam sententiam, Nullum esse tantum dolorem, quem non longinquitas te  
poris minuat, ac molliat **CARTHAGINIENSES** } Ab exemplo probat, temporis diuturnitate non leni  
ri solum, sed etiam tolli aegritudinem. **REGE Perse capto** } a Paulo Aemilio, qui ipsum Macedonum  
regem, captiuum duxit in triumphum, & cum eo duos filios, & unicam filiam. Vide Plutarc. **QVOS DAM**  
**Corinthios** } scilicet, ex libertate in seruitutem lapsos. **HAEC omnia uidi.** } Verba Andromachae ex tra  
goedia supra citata. **Eo enim erant uultu, oratione, omni reliquo moru,** } An, Oratione, recte dictum sit, cu  
antecedat, **Eo;** grammatici uiderint: sententia quidem ego moueor magis, ut, Ornatu, suspicer uerum ef  
se, deprauiatum Oratione. Haec Paullus pater. **Ut eos Argiuos, aut Sicyonios diceret:** } in alienam non  
solum potestatem, sed etiam uestem, & linguam transferat Corinthii. Haec sunt documenta mortalium  
ut memores sint rerum humanarum, quae fluxae, instabiles, caducae sunt, & temporis momento muta  
biles. **CLITOMACHI** } Hic philosophus Academicos, Peripateticos, & Stoicos sectatus est. **CIVES**  
**suos** } scilicet, Carthaginienfes. **CARNEADIS;** } doctoris Clitomathi. **CVM ita positum esset,** } cum ea  
propositio esset agitata, quod sapiens aegritudine laborare posset, capta patria.

## CICERO

**T**ANTA igitur calamitatis praesentis adhibetur  
a philosopho medicina, quanta inueteratae ne  
desideratur quidem. nec, si aliquot annis post idem il  
le liber captiuus missus esset, uulneribus mederetur,  
sed cicatricibus. sensim enim, & pedetentim progre  
diens extenuatur dolor: non quo ipsa res immutari so  
leat, aut possit: sed id, quod ratio debuerat, usus do  
cet, minora esse ea, quae sint uisa maiora. Quid er  
go opus est, dicet aliquis, ratione, aut omnino consola  
tione ulla, qua solemus uti, cum leuare dolorem mae  
rentium uolumus? haec enim fere tum habemus in  
promptu, nihil oportere inopinatum uideri. aut qui  
tolerabilis feret incommodum, qui cognouerit, ne  
cesse esse homini tale aliquid accidere? haec enim ora  
tio de ipsa summa mali nihil detrahit; tantum modo  
affert, nihil euenisse, quod non opinandum fuisset. ne  
que tamen genus id orationis in consolando non ualeat:

sed, id haud sciam, an plurimum. ergo ista nec opina  
ta non habent tantam uim, ut aegritudo ex his omnis  
oriatur. ferunt enim fortasse grauius, non id efficiunt,  
ut ea, quae accidunt, maiora uideantur. quia recen  
tia sunt, uidentur, non quia repentina. Duplex est igitur  
ratio ueri reperiendi, non in ijs solum, quae mala  
sed in ijs etiam, quae bona uidentur. nam aut de ipsius  
rei natura, qualis, & quanta sit, quaerimus, ut de  
paupertate non numquam; cuius onus disputando le  
uamus, docentes, quam parua, & quam pauca sim,  
quae natura desiperet: aut a disputandi subtilitate ora  
tionem ad exempla traducimus. hic Socrates commem  
oratur, hic Diogenes, hic Caecilianum illud,  
Saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia,  
cum enim paupertatis una eademq. sit uis; quidnam  
dici potest, quam obrem C. Fabricio tolerabilis ea fue  
rit, alij negent se ferre posse?

## EXPLANATIO

**S**ED cicatricibus, } quae obductae, & uetustate callosae uix tolli, sanariq. possunt. Eleganter perdu  
rat in metaphora. **CONSOLATIONE ulla,** } Illa, Sigonii liber. probe. Haec Paullus pater. **I**n prom  
ptu } Omnibus enim fere communis est haec consolandi ratio. **Aut qui** } Et hoc melius, ex eodem li  
bro, addita interrogandi nota, quam, **Atqui,** sine eadem nota. Haec Paullus pater. **NEQUE non ualeat** } ali  
quid ualeat. **QVIA recentia sunt** } Tanquam malum uideatur maius, quia recens est. **QVAM pauca sint,**  
**quae natura desideret:** } Si ad opinionem uiues, numquam eris diues; si ad naturam, numquam eris pau  
per. Honesta res est laeta paupertas. eadem populi Rom. imperium a primordio fundauit, & sine fru  
galitatis cura, ut inquit Seneca, non potest studium salutare fieri. **Ad exempla traducimus** } In disputa  
tione de paupertate cum exemplis agitur. Ponit autem maxime illustra paupertatis exempla Socratē,  
Diogenem, Fabricium, de quibus passim in historiis. **Hic** } in disputatione paupertatis.

## CICERO

**H**VIC igitur alteri generi similis est ea ratio conso  
landi, quae docet humana esse, quae accide  
rint. non enim id solum continet ea disputatio, ut co

gnitionem afferat generis humani; sed significat tolera  
bilia esse, quae & tulerint, & ferant ceteri. De pau  
pertate agitur: multi patientes pauperes commemo  
ran-

rantur. de contemnendo honore: multi inhonorati proferuntur, & quidem propter id ipsum beatores: eorumque, qui privatum otium negotijs publicis antetulerunt, nominatim uita laudatur: nec filetur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem, & fortunatum esse dicit, quod inglorius sit sit, atque ignobilis ad supremum diem peruenturus. Similiter commemorandis exemplis, orbitates quoque liberorum praedicantur; eorumque liberorum praedicantur; eorumque, qui grauius ferunt, luctus, aliorum exemplis leniuntur. sic perpersio ceterorum facit, ut ea, quae acciderint, multo minora, quam quanta sint existimata, ita sit sensim cogitantibus, ut, quantum sit ementita opinio, appareat. atque hoc idem & Telamon; il

le declarat.  
Ego cum genui, moriturum sciui:  
& Theseus;  
Futuras mecum commentabar miseras:  
& Anaxagoras; sciebam me genuisse mortalem. hi enim omnes, diu cogitantes de rebus humanis, intellegebant eas nequaquam pro opinione uulgi esse extimescendas. Et mihi quidem uidetur idem fere accidere ijs, quibus medetur dies; nisi quod ratio quaedam sanat illos, hos ipsa natura, intellecto eo, quod remedium illud continet, malum, quod opinatum sit esse maximum, nequaquam esse tantum, ut uitam beatam possit euertere.

EXPLANATIO

GENERIS humani & caduci, & malorum milibus obnoxii. **MULTI inhonorati;** Catonem ait Pl. repulsi tamquam honoribus inemptis gaudere solitum. **Apud Val. caput est de repulsi,** quo enumerat exempla clarorum uirorum, qui repulsi fuerunt fugillati. **PRIVATVM otium;** Philofophi paene omnes in otio literario uixerunt. **Cauendum tamen est, ne, dum solitarem uitam eligimus, & otiosam concupiscimus, nec nobis, nec aliis uiuamus, inertiae, uentri, somno, & libidini dediti.** **ILLVD potentissimi regis;** Agamemnonis. **Verfus sunt in Euripidis Iphigenia Aulidenfi.**

— Ζηλώ σε γέρον  
Ζηλώ δ' ἀνδρῶν ὅς ἀκινδύου  
Βίον ἰξέπερας ἀγῶν ἀλεείας.  
Τούς δ' ἐν τιμῶν ἡσσον Ζηλώ.

**IGNOBILIS;** non cognobilis. **ORBITATES liberorum;** sicuti Paulli Aemilij, Xenophontis, Anaxagorae, & aliorum, qui forti, subnixoque animo filiorum obitum tulere. **Ego cum genui;** Telamonis uerba sunt, de quibus supra dictum est. **FUTURAS commentabar;** sic apud Euripidem loquitur Theseus. **ILLOS;** qui ante meditantur. **HOS;** quibus medetur dies, siue temporis longinquitas.

C I C E R O

**H**OC igitur efficitur, ut ex illo nec opinato plaga maior sit, non, ut illi putant, ut, cum duobus pares casus euenerint, is modo aegritudine afficiatur, cui ille nec opinatus casus euenerit. itaque dicuntur non nulli in maerore, cum de hac communi omnium conditione audissent, ea lege non esse natos, ut nemo in perpetuum esse posset expers mali, grauius etiam tulisse. quocirca Carneades, ut uideo nostrum scribere Antiochum, reprehendere Chrysippum solebat, laudantem Euripideum carmen illud:  
Mortalis nemo est, quem non attingat dolor,  
Morbusque multi sunt humandi liberi,  
Rursum creandi: morsque est finis omnibus,  
Quae generis humano angorem nequidquam afferunt.  
Reddenda est terrae terra: tum uita omnibus  
Metenda, ut fruges. sic iubet necessitas.  
negabat genus hoc orationis quidquam omnino ad leuandam aegritudinem pertinere: id enim ipsum dolendum esse dicebat, quod in tam crudelem necessitatem incidissemus: nam illam quidem orationem ex commemo-

ratione alienorum malorum ad maleuolos consolandos esse accommodatam. Mibi uero longe uidetur secus. nam & necessitas ferendae conditionis humanae quasi cum deo pugnare cohibet, admonetque esse hominem; quae cogitatio magnopere luctum leuat: & enumeratio exemplorum non, ut animum maleuolorum oblectet, assertur, sed ut ille, qui maeret, ferendum sibi id censeat, quod uideat multos moderate, & tranquille tulisse. omnibus enim modis fulcendi sunt, qui ruunt, nec cohaerere possunt, propter magnitudinem aegritudinis: ex quo ipsam aegritudinem λέπην Chrysippus, quasi λύσην, id est solutionem totius hominis, appellatam putat: quae tota poterit euelli explicata, ut principio dixi, causa aegritudinis. est enim nulla alia, nisi opinio, & iudicium magni praesentis, atque urgentis mali. itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perfertur spe proposita boni: & alta aetas honeste, ac splendide tantam affert consolationem, ut eos, qui ita uixerint, aut non attingat aegritudo, aut perleuiter pungat animi dolor.

EX-

## EXPLANATIO

**P**ARES casus } exempli causa, orbis filiorum, exsulum, amissio patriae, & alia hoc genus. NEMO  
*expers mali*, } cum natura magis nouerca sit mortalibus, quam mater. GRAVIVS etiam tulisse. } Huc  
 pertinet illud Solonis, quem, cum grauius deploraret filii obitum, & quispiam obiiceret, At nihil profi-  
 cis: respondisse aiunt, Atque hoc ipsum illacymo, quia nihil proficio. EVRIPIDEM carmen illud } quod  
 proxime sequitur, uerissime sanctissime conscriptum.

Εφ' ἂν οὐδὲς δέει, οὐ ποιεῖ βροτῶν,  
 Καὶ θάπτι τέχνα, χ' ἄτερος αὐ κτᾶται νόα,  
 Ἀγὼς τεθνήσκει καὶ τὰ δ' ἀχτοῦται βροτοῖ,  
 Εἰς γὴν φέροντες, τὴν δ' ἀναγκάως ἔχει  
 Βίον θείζειν, ὡς κάρπμον σάχυν,  
 Καὶ ἴβ' μὲν εἶναι, τὸν δὲ μὴ τι ταῦτα δεῖ  
 Στέγειν, ἀπὲρ δ' αὖ κατὰ φύσιν διεκπεράν,  
 Δεινὸν γὰρ οὐδ' ἔν ἴβ' ἀναγκάων βροτοῖς.

NEQVIDQVAM } frustra. VITA metenda } Translatio a frugibus quae maturae metuntur. Horat. in  
 Epist.

Demetit orcus

Grandia cum paruis, non exorabilis auro.

LYBET necessitas } Necessitatis (quam Graeci ἀνάγκη uocant) amarissimae sunt leges, insuperabilis  
 uis. meritoq. ait Plato in Protagora. Necessitati nec deos quidem repugnare. Eadem Necessitudo dici-  
 tur, quam M. Tullius. II. Rhetoricorum sic describit: Puto esse hanc necessitudinem, cui nulla ui resisti  
 potest, quae neque mutari, neque leniri potest: ut corpus mortale aliquo tempore interire necesse est:  
 atque ita necesse ut uis postulat necessitudinis, cui nulla ui resisti potest. NEGABAT } scilicet Carnea-  
 des. AD maluculos consolandos } sic Seneca: Maleuoli solatij, genus est, turba miserorum. LONGE secus }  
 longe aliter, quam Carneadi. CVM deo pugnare } Id eleganter Graeci θεομαχεῖν uocant. ADMONETO }  
 esse hominem } caducum scilicet, & fragile uas. Nihil homine miserius, nihil superbius, ut inquit Pli-  
 nius. ENVMERATIO exemplorum } Praestant sacpissime exempla rationibus philosophorum, & ma-  
 gis mouent. QVI maeret } in maerore est. FVLGIENDI sunt } Metaphora sumpta ab aedificio mi-  
 nante ruinam. in qua scite persistit, subiungens, Nec cohaerere possunt &c. Nec cohaerere } Aedifi-  
 cium coagmentatum non cohaeret sed hiat, ac fatiscit: in quo omnis futura diducitur, nisi stabili-  
 mentis fulciatur. Λύπη } Graeco sermone λύπη tristitia, & dolor dicitur, Chrysisippus existimauit dici λύπη  
 per litterae immutationem, quasi λύση, quae solutio signi ficatur, hoc idem sentit Plato in Cratilo, cum  
 ait λύπη, id est dolor & tristitia ἀπο διάλυσεως, id est dissolutione corporis trahi uidetur. nam in huiusmodi  
 passione corpus dissoluitur. PERFERTVR } patienter toleratur: ex quo patet aegritudinem opinionis  
 esse, non natate.

## CICERO

**S**ED ad hanc opinionem mali cum illa etiam opinio  
 accessit, oportere, rectum esse, ad officium pertine-  
 re, ferre illud aegre, quod acciderit: tum denique offi-  
 citur illa grauis aegritudinis perturbatio. ex hac opi-  
 nione sunt illa uaria, et detestabilia genera lugendi, pe-  
 dores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, femi-  
 num, capitis percussiones. hinc ille Agamemnon Ho-  
 mericus, & idem Attianus,  
 Scindens dolore identidem intonsam comam.  
 in quo factum illud Bionis, perinde stultissimum regē

in luctum capillum sibi euellere, quasi caluitio maeror  
 leuaretur. sed haec omnia faciūt opinātes ita fieri oport-  
 tere. itaque & Aeschine in Demosthenem inuehitur,  
 quod is septimo die post filiae mortem hostias immolaf-  
 set. at quam rhetorice? quam copiose? quas sententias  
 colligit? que uerba contorquet? ut licere quiduis rhe-  
 tori intelligas. quae nemo probaret, nisi insitum illud  
 in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum  
 quam grauissime maerere oportere.

## EXPLANATIO

**F**ERRE illud aegre } aegro animo, tamquam id facere rectum sit, & id oporteat, quia officiosum sit.  
 PEDORES } sordes, illuies, squalores, ut supra docuimus. FEMINVM } interiorum femorum. Plin. in  
 XXVI I. Femina atteri, aduriq. equitatu notum est. Appuleius uero Interfemineum dixit, pro locis mu-  
 liebribus, ueluti positis inter femina. Femen casu recto ab eruditis usurpatur. AGAMENON Homericus, }  
 Ita etiam expressit Attius poeta Latinus, in tragoedia sua Agamemnone inscripta. Iliadis. x. in princio  
 Πόλλας ἐκ κεφαλῆς προτελύμους ἔλκεϊν ἐν χαίλας, Et lib. vi. πτοῖ ὀκαππεδίον τὸ ἀλλίον αἶος ἀλάτο, ὃν θυμὸν  
 κατέ-

κατ'ιδ'ον, &c. BIONIS, & philosophi Borysthenitis, cuius referuntur elegantissima aliquot apophthegmata. Vide Laertium. PERINDE & ob id. REGEM & Agamemnonem, quem Homerus ποιμένα λαῶν, id est pastorem populorum appellat. QUASI caluitio & Facete, nam, cum sine cruciatu euelli non possint capilli, caluitium dolorem augebit. AESCHINES in Demosthenem & Extat locus in eius inuēctiuis. VERBA contorquet & quasi iacuta, in aduersarium. speciosa translatio Martianus Capella, Instar, inquit, Iouis rhetorica potest fulmina iaculari.

C I C E R O

EX hoc euenit, ut in animi doloribus alij solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte: Qui miser in campis maerens errabat Aleis, Ipse suum cor edens, hominum uestigia uitans. & Niobe fingitur Lepidea, propter aeternum credo in luctu silentium. Hecubam autem, putant, propter

animi acerbitatem quandam, & rabiem, fingi, in canem esse conuersam. Sunt autem alij, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix: Cupido cepit miseram nunc me, proloqui Caelo, atque terrae Medae miseras.

E X P L A N A T I O

SOLITUDINES captent & Idem Cicero ad Att. Odi celebritatem, fugi homines, lucem adspicere uix solum. DE Bellerophonte: Iliad. 3. CAMPIS Aleis & ἀλεός, id est aleos, Graeco sermone, dicitur erraticus. Intelligimus capum illum, erraticum, ab erroribus errantis Bellerophontis cognominatum fuisse. Et Niobe & Iliad. 6. & Ouid. Metamorph. VI. IN canem; Ouid. Metamorph. XIII. atque in Thracia, xv. γὸς σήμα nomen inditum est loco, in quo illa faxis obruta fertur. Plinius Cynossema ita uocatur Hecubae tumulus. Solinus, Sigeum Asiae, in quo tumulus est, Cynossema dictus, Hecubae sepulcrum. APUD Ennium nutrix & Ex Euripide Ennius fabulam scripsit, titulo Medeam, de qua M. Tull. in I. de Fin. Inducebatur uero Medae nutrix in solitudine sic proloquens alumnae miseras: Cupido cepit &c. Ex Euripide, in Medea: ὦ πόθ' ἡμέρος μὲν ὑπὸ λυθὲ γῆ τε, καὶ οὐρανῷ λέξαι μολωσθῆν δὲ ὑπομυδίας τύχας. CAELO, atque terrae Medae miseras. & Hic senarius mensuram non recipit absolutam: quam reciperet, in primum locum traiecto uerbo, Medae, hoc modo:

Medae caelo, atque terrae miseras.

Vel, Terrai, lege, pro Terrae. Haec Paullus pater.

C I C E R O

HAEC omnia, recta, uera, debita putantes, faciunt in dolore: maximeq. declaratur hoc quasi officij iudicio fieri, quod, si qui forte, cum in luctu esse uellet, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, reuocant se rursus ad maesitiam, peccatiq. se insimulant, quod dolere intermiserint, pueros uero matres, & magistri castigare etiam solent, nec uerbis solum, sed etiam uerberibus, si quid in domestico luctu hilarius ab ijs factum est, aut dictum: plorare cogunt. Quid? ipsa remissio luctus cum est consecuta; intellectumq. est, nihil profici maerendo; non ne declarat fuisse totum illud uoluntarium? quid ille Terentianus, ipse se puniens, id est εἰαυτὸν τιμωροῦ μένος?

Decreuit tantisper me minus iniuriae,

Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser.

hic decreuit, ut miser sit. num quis igitur quidquam decreuit inuitus?

Malo quidem me quouis dignum depretem.

malo se dignum deputat, nisi miser sit. uides ergo opinionis esse, non naturae malum. Quid, quod res ipsa lugere prohibet: ut apud Homerum quotidianae nece,

interitusq. multorum sedationem maerendi afferunt, apud quem ita dicitur;

Namque nimis multos, atque omni luce cadentes

Cernimus: ut nemo possit maerore uacare.

Quod magis est aequum tumulis mandare peremptos

Firmo animo, & luctum lacrymis finire diurnis.

Ergo in potestate est abijcere dolorem, cum uelis, tempori seruientem. An est ullum tempus, quoniam quidem res in nostra potestate est, cui non, ponendae aegritudinis causa, seruiamus? constabat, eos, qui concidentem uulneribus Cn. Pompeium uidisset, cum in illo ipso acerbissimo, miserrimoq. spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium circumfusos uiderent, nihil tum aliud egisse, nisi ut remiges hortarentur, & ut salutem adipiscerentur fuga; postea quam Tyrum uenisset, tum afflictarum, lamentariq. coepisse. timor igitur ab ijs aegritudinem potuit repellere, ratio, ac sapientia uera non poterit? Quid est autem, quod plus ualeat ad ponendum dolorem, quam cum est intellectum, nihil profici, & frustra esse susceptum? si igitur deponi potest, etiam non suscipi potest.

EX-

EXPLANATIO

PECCATI se infimulant & se ipsos accufant tamquam peccauerint. HILARIUS & laetius, iucundius, NIHIL profici macrendo & nam, quod factum est, infectum non fit. Quid ille Terentianus? Menedemus senex, ob filij abfentiam sese excrucians. ΕΑΥΤΟΥ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ? notiffima est Terentiana fabula hoc titulo, quo significatur se ipsum puniens, siue excrucians. Quid ille Tereptianus, ipse se puniens, id est ΕΑΥΤΟΥ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ: Quorfum addatur, id est ΕΑΥΤΟΥ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ. inculcatum crediderim pro glosfemate, aut a Cicerone fcriptum fic: Quid ille Terentianus, ΕΑΥΤΟΥ ΤΙΜΩΡΟΥ ΜΕΥΟΣ? Antiquus liber, Id est, non habet, quod mendii fufpicionem auget, Haec Paullus pater. MALO se dignum deputat & Menedemus. NAMQUE nimis multos & Vlixis uerba, apud Homerum Iliad. lib. XIX. ΟΜΝΙ luce & fingulis diebus. Oul. lib. III. Fast.

Restat, ut inueniam, quare toga libera detur. Luce geri pueris, candide Bacche, tua.

CADENTES & Carentes, antea legebatur. itaq. est in libris fcriptis: mihi tamen uifum est, ut reponerem. Cadentes, ex Homeri uerfu lib. XIX. Iliad. in quo est, ΠΙΠΤΟΥΣΙΝ: quod fignificat, Cadunt. ERGO in potestate est, & c. & Possim alucinari: sed, quoniam induxi animum, agere cum studiosis simpliciter, & sine fucio, fic opinor melius: Ergo in potestate est abiicere dolorem, cum uelis, tempori feruientem: & est uilum tempus, quoniam quidem res in nostra potestate est, cui non, ponendae aegritudinis caussa feruimus? Deleo autem Curae, quia nec id uerbu sententia desiderat, & Deponere. dicimus, aegritudine, non curam aegritudinis, additum crediderim ab interprete imperito, ut aegritudinem per curam explanaret. CONCIDENTEM & cum, post pugnam Pharfalicam parua nauicula exceptus ut ad Ptolemaeum regem confugeret, interfectus est ab Achille, & Septimio. Vide Plutarchum. Caesarem, Lucanum, ubi etiam luctus huius fit mentio. CLASSE hostium & Aegyptiorum RATIO, ac sapientia uera non poterit? Interrogatio est affirmans. NIHIL profici & ad iacturam faciendam.

CICERO

UOLUNTATE igitur, & iudicio fufcipi aegritudinem confidendum est: idq. indicatur eorum patientia, qui, cum multa fint faepe perpeffi, facilius ferunt quidquid accidit, obdurui feq. sese contra fortunam arbitrantur, ut ille apud Euripidem: Si mihi nunc exiffis primum illuxiffet dies, Nec tam aerumnofo nauigauiffem falo; Effet dolendi cauffa; ut iniecto equulei freno repente tactu exagitantur nouo. Sed iam subiectus miferijs oborpui. Defatigatio igitur miferiarum aegritudines cum faciat leniores; intelligi neceffe est, non rem ipsam cauffam, atque fontem esse maeroris. Philosophi summi, nec

dum tamen sapientiam consecuti, non ne intelligunt in summo se malo esse, (sunt enim infipientes; neque infipientia ullum maius malum est) neque tamen lugent quid ita? quia huic generi malorum non affingitur illa opinio, rectum esse, & aequum, & ad officium pertinere, aegre ferre, quod sapiens non fit: quod idem affingimus huic aegritudini; in qua luctus inest; quae omnium maxima est. itaque Aristoteles, ueteres philosophos accufans, qui existimauiffent philosophiam fuis ingenij esse perfectam, aut eos aut stultiffimos, aut gloriosiffimos fuisse; sed se uidere, quod paucis animis magna accessio facta efferet, breui tempore philosophiam plane absolutam fore.

EXPLANATIO

FACILIVS ferunt & equo animo ferunt, aerumnis affueti. Si mihi nunc & Locus est superius citatus, de Theleo. ILLVXIT & cum lumine apparuiffet post luctum depositum. AERVMNOSO falo & mari aerumnis referto. UT iniecto equulei fraeno & Sicuti equini pulli imposito freno. IN summo se malo esse & ex opinione Stoicorum. HVIC generi malorum & quod est, non plene sapientiam percepiffet.

CICERO

THEOPHRASTVS autem moriens accusasse naturam dicitur, quod ceruis, & cornicibus uitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuiffet, tam exiguam uitam dediffet; quorum si aetas potuiffet esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis aribus, omni doctrina hominum uita erudiretur. quae rebatur igitur se tum, cum illa uidere coepiffet, exlingui. Quid & ex ceteris phi-

losophis non ne optimus, & grauiffimus quisque confuerit, multa se ignorare? & multa sibi etiam atque etiam esse discenda? neque tamen, cum se in media fluititia, qua nihil est peius, haerere intelligat, aegritudine premuntur. nulla enim admiffetur opinio officiosi doloris. Quid, qui non putant lugendum uirise? qualis fuit Q. Maximus, efferens filium consularem; qualis L. Paullus, duobus paucis diebus amiffis filiis; qualis M. Cato,



M. Cato, praetore designato, mortuo filio; quales reliqui, quos in consolatione collegimus. quid aliud placuit, nisi quod luctum, & maerorem esse non putabant uiri? ergo id, quod alij rectum opinantes

aegritudini se solent dedere, ij turpe putantes, aegritudinem repulerunt. ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione esse aegritudinem.

EXPLANATIO

**C**ERVIS, & cornicibus? ceruos uiuaces esse tradunt scriptores, aliquibus post centum annos captis, cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat. Cornicibus Hesiodus nouem hominis aetates attribuit, & quadruplum ceruis. **Q**UEREBATUR? lamentabatur Theophrastus. **O**FFICIOSI doloris? quem unumquemque pro condicione personae suscipere conueniat. **N**ON putant lugendum uiris? quia nullam illis honestum sit. Mulieribus uero annum praescribere maiores, ne scilicet diutius lugerent. **Q**. Maximus? De hoc, & L. Paulo Aemilio, ac M. Catone uide Plutarch, Val. & alios. uide etiam lib. de Senect. & Epistolam ad Seruium Sulpicium.

C I C E R O

**C**ONTRA dicuntur haec. Quis tam demens, ut sua uoluntate maereat? natura affert dolorem: cui quidem Crantor, inquirunt, uester cedendum putat: premis enim, atque inflat, nec resisti potest. itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiace morre consolatus esset, is cum audisset de suo, fractus est: de cuius commutata mente sic dicitur:

Nec uero tanta praeditus sapientia  
Quisquam est, qui, aliorum aerumnarum dictis alienans,  
Non idem, cum fortuna mutata imperum  
Conuertat, clade ut subita frangatur sua,  
Villa ad alios dicta & praecepta excidant.  
Haec cum disputant, hoc student efficere, naturae obsequii nullo modo posse. ij tamen fatentur gravioribus aegri-

tudines suscipi, quam natura cogat. quae igitur amentia, ut nos quoque idem ab aliis requiramus? Sed plures sunt causae suscipiendi doloris. primum illa opinio malitioso uiso, atque persuaso, aegritudo insequitur necessario. deinde etiam gratum se mortuis facere, si grauius eos lugeant, arbitrantur. accedit superstitio mulieribus quaedam. existimant enim, diis immortalibus se facilius satisfacturos, si, eorum plaga percussi, afflictos se, & stratos esse fateantur. Sed, haec inter se quam repugnent, plerique non uident. laudant enim eos, qui aequo animo moriantur: qui alterius mortem aequo animo ferant, eos putant uituperandos, quasi fieri ullo modo possit, quod in amatorio sermone dici solet, ut quisquam plus alterum diligat, quam se.

EXPLANATIO

**D**E Aiace? eiusdem Telamonis filii: qui sibi ex furore mortem consciuerat. **C**UM audisset de suo filio, qui similiter Ajax dicebatur: extinctum scilicet fuisse Mineruae fulmine. **F**RACTVS est? dolore. Hinc pulchre a Terentio dictum est, Omnes cum recte ualemus, recta consilia aegrotis damus: tu si hic sis, aliter sentias. **G**RATVM se mortuis facere? Huc pertinet illud Senecae. Mortuus, inquit, aut beatus, aut nullus est. beatum de flere, inuidia est: nullum dementia. **S**UPERSTITIO? hanc docti nihil aliud esse autumant, quam timorem superfluum. **M**. Tullius in ij. de nat. deorum Superstitiosos appellat, qui rotos dies precabantur, & immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent. **A**MATORIO sermone? ubi de amantibus se mutuo sermo fit.

C I C E R O

**P**RAECLARVM illud est, & si quaeris, rectum quodque, & uerum, ut eos, qui nobis carissimi esse debeant, aequae ac nosmet ipsos amemus: ut uero plus, fieri nullo pacto potest. ne optandum quidem est in amicitia, ut me ille plus, quam se, ego illum plus, quam me. perturbatio uitae, si ita sit, atque officiorum omnium consequitur. Sed de hoc alias. nunc illud satis est, non at tribuere ad amissionem amicorum miseriam nostram; ne illos plus, quam ipsi uelint, si sentiant, plus certe, quam nosmet ipsos, diligamus. Nam, quod aunt, plerisque consolationibus nihil leuari; adiungunt q. consolatores ipsos confiteri se miseros, cum ad eos impetum suum fortuna conuerterit: utrumque dissoluitur. sunt enim ista non naturae uitia, sed culpae. stultitiam autem accusare quamuis copiose licet, nam & qui non leuantur,

ipsi alios ad miseriam innitant: & qui suos casus aliter ferunt, atque ut alii auctores ipsi fuerunt, non sunt uitiosiores, quam fere plerique, qui auari auaros, gloriae cupidos gloriosi reprehendunt. est enim proprium stultitiae, aliorum uitia cernere, obliuisci suorum. sed nimirum hoc maximum est experimentum; cum constet aegritudinem uetustate tolli, hanc uim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna. na, etsi eadem res est, & idem est homo: qui potest quidquam de dolore mutari, si neque de eo, propter quod dolet, quidquam est mutatum, neque de eo, qui dolet? cogitatio igitur diuturna, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas. Hic mihi afferunt mediocritates: quae si naturales sunt, quid opus est consolatione? natura enim ipsa terminabit modum: fin opinabiles, opinio tota tollatur.

Dd EX.

## EXPLANATIO

**A**EQVE ac nosmet ipsos amemus } Dilectionis enim librari debet modus, ne plus aut minus iusto quis diligit. **PERTVRBATIO** uitae, } cum natura nihil nobis carius nobismet ipsis esse uoluerit. **QVAMVIS** } quantum uis copiose. **ALITER** ferunt, atque ut &c. } alio modo ferunt, quam quo alios inuitarunt. **NOO** sunt uitiosiores } non sunt culpabiliores. **QVI** auari auaros, } In hanc sententiam Horatius eleganter scribit:

Cum tua peruideas oculis male lippus inunctis,

Cnr. in amicorum uitis tam cernis acutum,

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

**ETSI** eadem res est, } ut filij obitus. **ET** idem est homo } pater, qui luget. **QVI** potest } quomodo potest, **QVIDQVAM** est mutatum, } tam enim est orbitas post multos annos, quam primo statim die cum filius esset mortuus. **MEDIOCRITATES**: } *μετριοπαιδία*. idq. ex Peripateticorum sententia, qui affectus non profus uollunt, sed temperant.

## CICERO

**S**ATIS dictum esse arbitror, aegritudinem esse opinionem mali praesentis, in qua opinione illud insit, ut aegritudinem suscipere oporteat. Additur ad hanc definitionem a Zenone recte, ut illa opinio praesentis mali sit recens. hoc autem uerbum sit interpretatur, ut non tantum illud recens esse uelit, quod paullo ante acciderit; sed, quam diu in illo opinato malo uis quaedam insit, & uigeat, & habeat quandam uiriditatem, tam diu appelletur recens: ut Artemisia illa, Mausoli Cariae regis uxor, quae nobile illud Halicarnassi fecit sepulcrum, quam diu uixit, uixit in luctu, eodemq. etiam confecta contabuit. huic erat illa opinio quotidie recens; quae tum denique non appellabatur recens, cum uetustate exaruit. Haec igitur officia sunt consolantium, tollere aegritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut suppressere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere. Sunt, qui unum officium consolantis putent, malum illud omnino non esse, ut

Cleanthi placet, sunt, qui, non magnum malum, ut Peripatetici, sunt, qui abducunt a malis ad bona, ut Epicurus sunt, qui satis putant ostendere, nihil inopinati accidisse, nihil mali. Chrysippus autem caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem maerenti, si se officio fungi putet iusto, atq. debito, sunt etiam, qui haec omnia genera consolandi colligunt, alius enim alio modo mouetur; ut fere nos omnia in Consolationem unam coniecimus, erat enim in tumore animus, & omnis in eo tentabatur curatio, sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis, quam in corporum: ut Prometheus ille Aeschyli: cui cum dictum esset, Atqui, Prometheus, te hoc tenere existimo, Mederi posse rationem iracundiae; respondet, Siquidem qui tempestiuam medicinam admouens, Non ad grauescens uulnus illidat manus.

## EXPLANATIO

**A**EGRITVDINEM suscipere oporteat. } Quasi ex officio ita sit dolendum, ut patri de filij obitu, &c. **ARTEMISIA** } De huius in uirum suum amore passim auctores, Strabo, Plinius, Valerius, Agellius, alii. **NOBILE** illud } nempe quod inter septem orbis miracula numerari etiam solet. **HALICARNASSI** } Ciuitas est Cariae, regia principum, quae prius Zephyra dicebatur, ubi est Mausoleum, & Salmacis fons. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus: item Heraclitus poeta, & Dionysius antiquitatum scriptor. **QUOTIDIE** recens } ut singulis diebus per omne tempus uitae talis esset, qualis fuerat in funere defuncti. **AUT** ad aliam traducere. } sic medici aiunt ueterem morbum nouo morbo emoueri, ac sanari posse. **A** malis ad bona } a contemplatu malorum, ad bonorum praeteritorum recordatio nem. **NIHIL** mali } Aut hoc abundat, aut legendum, Nihil noui, nam, si legas, Mali, ad Cleanthis rationem reuolueris. dixit etiam supra: Animo sic excubat sapiens, ut ei nihil improuifum accidere possit, nihil inopinatum, nihil nouum. Haec Paullus pater. **S**i se officio fungi putet iusto, } tamquam ita fieri oporteat. **ERAT** in tumore animus } uitiose se habebat, nam & membrum, quod in tumore est, Cicero uitiose se habere dixit paullo superius. **PROMETHEVS** ille Aeschyli } De hoc ante dictum est. **CVI** cum dictum esset } ab Oceano.

## CICERO

**E**RIT igitur in consolationibus prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum paruū: altera, & de communi condicione uitae, & proprie, si quid sit, de ipsius, qui maereat, disputandum: tertia, summam esse stultitiam, frustra confici maerore, cum inelligas nihil posse profici. Nam Cleanthes quidem sapienter consolatur:

consolatur; qui consolatione non eget. nihil enim esse malum, quod turpe non sit, si lugenti persuaseris; non enim illi luctum, sed stultitiam detraxeris. alienum autem tempus docendi. Et tamen non satis mihi videtur uidisse hoc Cleanthes, suscipi aliquando aegritudinem posse ex eo ipso, quod esse summum malum Cleanthes ipse fatetur. quid enim dicemus cum Socrates Alcibiadi persuasisset, ut accepimus, eum nihil hominis esse, nec quidem quam inter Alcibiadem, summo loco natum, & quem nunc baiulum interesse; cum se Alcibiades affligeret, laetansque Socrati supplex esset, ut sibi uirtutem traderet, turpitudinemque depelleret. quid dicemus, Cleanthes enim in illa re, quae aegritudine Alcibiadem affligebat, mali nihil fuisse? Quid illa Lyconis, qualia

sunt qui aegritudinem extenuans, paruis aut eam rebus moueri, fortunae, & corporis incommodis, non animi malis. Quid ergo? illud, quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis uitiisque constabat? Ad Epicuri consolationem satis est ante dictum. Ne illa quidem consolatio firmissima est; quanquam & usitata est, & saepe prodest. Non tibi hoc soli prodest haec quidem, ut dixi, sed nec semper, nec omnibus. sunt enim, qui respuant. sed refert, quo modo adhibeatur. ut enim tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo affectus sit, praedicandum est. Chrysippi ratio ad ueritatem firmissima est, ad tempus aegritudinis difficilis.

EXPLANATIO

ALTERA 3 scilicet, medicina. DE IPSIUS 3 scilicet condicione uitae. SOCRATES Alcibiadi Ex Platonis Symposio defumptus locus. BAIULUM 3 Latini Baiulum appellant, qui onera portate, & uecturas factitate, corpore suo. Graeci βασιλευς, pro uilissimo despectissimoque homine ponunt. LYCONIS, 3 philosophi Peripatetici, qui Stratonem succcessit, & ob suauitatem sermonis etiam Glyconis cognomentum sortitus est. NON tibi hoc soli 3 tamquam solatium fit lugentis, turba lugentium. In quam sententiam Euridipeum hoc:

Τίνωσκε τ' ἀνθρώπια, μὴ δ' ὀυπερμέτρος,  
 Αλγεῖ, κακοῖς γὰρ σὺ πρόσκεισαι μόγη.  
 Et Alcetide:  
 Ἀδμυτ', ἀνάγκη τὰς δὲ συμφορὰς φέρειν.  
 Οὐ γὰρ τι πρῶτος, οὐ δὲ λοιπὸς εἶροσθῆ,  
 Γωμῶκος ἐδὴ λῆς ἢ μπλακίς.

Sed & Hometria Dione sic consolatur fauciam filiam, ut doceat etiam alios deos ante ab hominibus afflictos fuisse.

Τέτραδι τεκνοῦ ἐμὸν, καὶ ἀναχθεο, κενδ' οὐ μὲνί περ.  
 Πολλοὶ γὰρ δὴ τλήμεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,  
 ἔξ ἀνδρῶν χαλεπ' ἀλλ' ἔπαλληλοῖς τιθέντε.

VT tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, 3 nam, quid aliud quaeritur in sapientum exemplis, nisi praefens aegritudinis lenimentum? AD tempus aegritudinis difficilis. 3 uix enim adhiberi potest Chrysippi curatio, cum in ipso meroris momento animus tales medelas alpernetur.

C I C E R O

MAGNUM opus est probare maerenti, illum suo iudicio, & quod se ita putet oportere facere, maerere. Nimirum igitur, ut in causis non semper utimur eodem statu, (sic enim appellamus controuersiarum genera) sed ad tempus, ad controuersiae naturam, ad personam accommodamus: sic in aegritudine lenientia, quamnam quisque curacionem recipere post, uidentum est. Sed nescio quo pacto ab eo, quod erat a te propositum, aberrauit oratio. tu enim de sapiente quaestiras: cui aut malum uideri malum potest, quod uacet turpitudine: aut ita paruum malum, ut id obruatur sapientia, uixque appareat; qui nihil opinione affingat, assumatque ad aegritudinem; nec id putet esse rectum, se quam maxime excruciar, luctuque confici; quo prauius nihil esse possit. edocuit tamen ratio, ut mihi quidem uidetur, cum hoc ipsum proprie non quaeretur hoc tempore, ne quidem ullum esse malum, nisi quod idem dicitur turpe possit; tamen ut uideremus, quidquid in aegritudine mali, id non naturale esse, sed uoluntario iudicio,

& opinionis errore contractum. tractatum est autem a nobis id genus aegritudinis, quod unum est omnium maximum, ut, eo sublato, reliquorum remedia ne magnopere quaerenda arbitraremur. sunt enim certa, quae de paupertate, certa, quae de uita inbonorata, & ingloria dici soleant. separatim autem certae scholae sunt de esulio, de interitu patriae, de seruitute, de debilitate, de caecitate, & de omni casu: in quo nomen poni solet calamitatis. haec Graeci in singulas scholas, & in singulos libros dispartunt: opus enim quaerunt, quamquam plenae disputationes sunt delectationis. & tamen, ut medici, toto corpore curando, minimae etiam parti, se condoluit, medentur: sic philosophia, cum in uersam aegritudinem sustulit, tamen, si quis error aliunde exstitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit esulium, aut eorum, quae modo dixi, si quid exstitit: etsi singularum rerum sunt propriae consolationes: de quibus audies tu quidem, cum uoles.



## EXPLANATIO

**N**IMIRVM igitur ꝛ Pro uarietate aegritudinis rationem quoque consolandi uariandam esse monet. **EODEM statu** ꝛ Status, hic locus est in causa, & quasi caput ambigui, & controuersiae. **NIL opinione affingat** ꝛ tamquam ita fieri oporteat. **Ne quidem ullum esse malum,** ꝛ Ne quidem, conitū est positum, incorruptum esse numquam duxi. Confirmor magis in sententia, quia Sigonij liber habet, Quod nullum esset malum, quamquam ne sic quidem, sincerum esse locum, plane constar. Haec Paullus pater. In oratione autem pro Caecina, ubi est, Si ne quidem tuorum quisquam, legendum putarem, Si neque tuorum quisquam. **OMNIVM maximum** ꝛ malum, cui scilicet tamquam generi perturbationes reliquae subiciuntur. Et profecto aegritudo ipsa, siue tristitia maxime torquet hominem, & plane carnificina est. **QVAE de paupertate, de uitae in gloria** ꝛ Certum est paupertatem, & uitam ingloriam tamquam tutiorem, ac beatiorem interdum concupitam. Apud Virgilium: Mauult ille mutas agitare inglorias artes. **IN singulos libros dispartunt:** ꝛ Singulatim, separatimq. de ipsis calamitatibus dispartantes, & singularum proprias consolationes afferentes. **DELECTATIONIS.** ꝛ Cum antiquus liber praeponat, Et; uenit in mētem ita distingui, & legi posse: Opus enim quaerunt, quamquam plane disputationis sunt, & delectationis. Haec Paullus pater. **Et tamen ut medici** ꝛ elegans comparatio, quam apposuit sumis metaphoris illustrat. **SIC PHILOSOPHIA** ꝛ Aut omissum a librario uerbum est, quod actionem philosophiae det, ut Medetur, Medicinam facit, Remedium affert: aut, quod magis arbitror, est titulum, quod ἀγαθὸν λυθόν Graeci uocant, alibi etiam a nobis in Tullio non fuit animaduersum. Nam, Etiam singularium, pro etiam singularum, quod aliis placuisse uideo, mihi quidem non arridet. Haec Paullus pater. **EORVM, quae modo dixi** ꝛ casuum scilicet, in quibus, ut paullo superius dixit, nomen ponitur foret calamitatis.

## CICERO

**S**ED ad eundem fontem reuertendum est, aegritudinem omnem procul abesse a sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quod non natura exoritur, sed iudicio, sed opinione, sed quadam inuitatione ad dolendum, cum id decreuerimus ita fieri oportere. hoc detractio, quod totum est uoluntarium, aegritudo erit sublata illa maerens; morsus tamen, & contractio culae quaedam animi relinquuntur. hanc dicant sane naturalem, dum aegritudinis nomen absit, graue, taetrum, funestum, quod cum sapientia esse, atque, ut ita dicā, habitare nullo modo possit. atqui stirpes sunt aegritudinis, quam multae, quam amarae, quae, ipso trunco euerso, omnes elidendae sunt, & si necesse erit singulis disputationibus: superest enim nobis hoc, cuiusmodi est, otium, sed ratio una omnium est aegritu-

dimum, plura nomina, nam & inuidere aegritudinis est, & aemulari, & obtrectare, & misereri, angere, lugere, maerere, aerumna affici, lamentari, sollicitari, dolere, in molestia esse, afflictiari, desperare. haec omnia definiunt Stoici: eaq. uerba, quae dixi, singularium rerum sunt, non, ut uidentur, easdem res significari: quod alio loco fortasse tractabimus. haec sunt illae fibrae stirpium, quas initio dixi, persequendae, & omnes elidendae; ne ulla unquam possit existere: magnū opus, & difficile: quis negat? quid autem praeclarū, non idem arduum? sed tamen id se effecturam philosophia proficitur: nos modo curationem eius recipiamus. Verum quidem haec haec tenus: cetera, quotiescumq. uoletis, & hoc loco, & alijs parata nobis erunt.

## EXPLANATIO

**Q**UOD frustra suscipiatur ꝛ nihil enim profici potest maerendo, lugendoq. **RELINQUENTVR** ꝛ quia naturales sunt, sicut contractio frontis. **ATQVI** ꝛ sed. **QVAM multae** ꝛ sic Caesar dixit, Quam magnum numerum iumentorum, atque hominum intercipiunt. **TRUNCO euerso** ꝛ Rursus perstat in translatione: trunci nomine significans aegritudinem, ut, nomine stirpium, & radicularum, agnatas perturbationes. **CVICVIMODI est** ꝛ quaecumque est, deuoluta rep. ad unius Caesaris nutum. **ALIO loco fortasse** ꝛ proxima Tusculana. **FIBRAE stirpium,** ꝛ extremae stirpium radicae, minutae ueluti capillamenta. fibrum enim antiqui, ut docet M. Varro, extremum dixerunt, unde fibrae extremitates in iecore, in arboribus, in herbis: & simbriae in uestimentis. **ELIDENDAE** ꝛ ita ut reuiuiscere, ac repullulare non possint. **NON idem arduum** ꝛ In hanc sententiam Silius, Domicilium uirtutis in arduo colle, & edito situm est. **Nos modo curationem eius recipiamus** ꝛ Reliquum est, ut nos curationem eius recipiamus. Translatione utitur. Germanae enim sunt, Philosophia, & Medicina: adeo uero sunt complexae, ut Philosophia proprie animorum dici posset medicina, & rursus, Medicina corporum philosophia.



CICERO

M. TVLLII. CICERONIS  
TVSCVLANARVM

DISPVATIONVM

AD. M. BRVTVM

LIBRVM. IV.

EXPLANATIO

DE. RELIQVIS. ANIMI. PERTVRBATIONIBVS

Commentarius Aldi Mannuccij.



ARGVMENTVM



PERTVRBATIONVM omnium, quae Aegritudini sub-  
ijciuntur, differentias (quod fuerat ei reliquum) Tu-  
sculana tertia perscrutatur, & medicinam propriam  
singulis definitis meditatatur, & aperit.

CICERO